
NAZIONALE
12
32 Q
24
VITT. EMANUELE

NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
55
10 B
5
ROMA

IOACHIMI IVNGII
LVBECENSIS
MED. DOCT. ET GYMNASII HAMBVRG. QVONDAM PROF.
PVBL. ATQVE RECTORIS

OPVSCVLA
BOTANICO-PHYSICA

EX
RECENSIONE ET DISTINCTIONE
MARTINI FOGELII
MED. D. IN GYMNAS. HAMB. P. P.



ET



IOH. VAGETII
LOG. ET METHAPH. P.P. IBID.
CVM EORVNDEM ANNOTATIONIBVS
ACCEDIT
IOSEPHI DE AROMATARIIS, ASSISINAT.
FAVORINI FIL.
AD
BARTHOLOMEVM NANTI
EPISTOLA
DE
GENERATIONE PLANTARVM EX SEMINIBVS
OMNIA COLLECTA, RECOGNITA ET REVISA NOVISQVE
 ANNOTATIVNCVLIS ILLVSTRATA
CVRA
IOH. SEBAST. ALBRECHT, M.D.
GYMNAS. CASIMIR. ACAD. QVOD COBVRGI FLORET PHIL. NAT. P. P. O. PHYSIC. DVCAL. PROVINC. ACAD. IMPER. N. C. COLLEGAE.

COBVRGI
SVMTIBVS ET TYPIS GEORGII OTTONIS
TYPOGR. DVCAL. PRIV. 1747.

REVERENDISSIMO,
PERILLVSTRI AC
DOCTISSIMO DOMINO,
D O M I N O
STEPHANO,
SACRI ET EXEMPTI
CISTERTIENS. ORDIN. ET MO-
NASTERII B. V. M. DE LANGHEIM
ABBATI DIGNISSIMO SACR. CÆSAR.
MAI. SACELLANO INTIMO,

DOMINO
MEO GRATIOSISSIMO.

REVERENDISSIME AC PERILLVSTRIS DOMINE ABBAS

DOMINE GRATIOSISSIME!



Non novum eſt, quod audeo, REVERENDISSIME DOMINE ABBAS! dum TIBI has DE PLANTIS meditationes, meis qualibus-

buscunque curis auctiores, in tyronum usus recusas, sacras esse jubeo. Idem fecit ex Antecessoribus in muneribus meis, Vir quondam doctissimus GEORGIVS BERGNERVS Phil. & Med. Doctor, Gymnas. Casimir. eo tempore P. P. O. & Civitatis Coburg. Phys. Ordin. ubi sua de Peste aliisque morbis contagiosis, olim populariter hinc inde grassantibus consilia, anno superioris seculi quadragesimo primo, patrio i. e. Germanico stilo, Coburgi typis Ioh. Eyrich impressa

Re.

Reverendiſſimo ac doctiſſimo olim Abbati Langheimenſi DOMINO IOHANNI dedicavit. Fuit enim Coburgenſium medicorum a longo jam tempore ea, raro interrupta, felicitas, ut REVERENDISSIMI DOMINI ABBATES LANGHEIMENSES & propriæ perſonæ & R. R. D. D. P. P. in Monaſterio illo Conventus ſanitatem tam tuendam quam reſtituendam illis gratioſe concredere nulli dubitaverint. Devinxit hæc gratia BERGNERVM noſtrum, ut grati devotique animi monumen-

tum

tum positum voluerit publice, per plures annos duraturum. Quod ille fecit, idem & a me faciendum animi gratissimi devinctissimique leges exigere mihi visæ sunt. TVIS enim inprimis Consiliis, GRATIOSISSIME DOMINE! quibus eo tempore REVERENDISSIMVS in tanta dignitate ANTECESSOR, pius ille DOMINVS ABBAS MARTINVS familiariter usus est, factum esse, ut anno hujus seculi XXXII. Perillustris & Reverendissimi illius Domini Abbatis personæ & R. R. D. D. P. P. Conven-

ven-

ventus cura ſanitatis mihi concrederetur gratioſe, gratiſſimo recordor animo. Quam provinciam officioſe in me ſuſceptam, ea qua par erat fide & induſtria, ſub TVO etiam, ſapientiſſimo SVCCESSORIS DIGNISSIMI regimine, cui ulterius benedicat illudque ad plures adhuc annos poſteros feliciſſimum eſſe jubeat ſummum Numen, tuitus ſum per aliquot annos feliciter. Quanquam vero poſt hæc & quidem anno XXXIV. Philoſ. Nat. P. P. in Illuſtri noſtro Gymnaſ. Caſimir.

&

& deinde anno XXXVII. Phyſ. Duc. provinc. munerum a Sereniſſimis eo tempore Principibus noſtris, DOMINO CHRISTIANO ERNESTO & DOMINO FRANCISCO JOSIA Ducibus Sax. & reliqua, Fratribus, Dominis noſtris Clementiſſimis, gratioſiſſime mihi demantatorum rationes ab ordinaria illa medica cura Monaſterii Langheimenſis vel invitum avocaverint, quod omnibus his officiis me imparem judicabam: TVA tamen gratia non in-

termisit, me innumeris, quæ gratissimo pectore recolo, mactare beneficiis largissime. Quæ inter primum illud numero argumentum, quo magna TVA in me immeritum intemerata permansit fiducia, qua in gravioribus corporis TVI affectibus, quibus identidem illud sub curarum mole afficiebatur, mea qualiacunque consilia medica ad illos avertendos postulari gratiosissime voluisti, &, quod vehementer gaudeo, non infauste, quia semper adhuc illis Summum Numen benedixit copiose & benignissime.

Præ-

Præter has privatas & domesticas quasi rationes supersunt aliæ adhuc publicæ magis, quæ animum impulerunt, ut TIBI REVERENDISSIME DOMINE! hasce plagulas demissisime dicatas voluerim. Tv enim non solum a teneris bonas litteras deamasti & admirabiles in illis fecisti progressus, specimina quoque plura limatissima profundissimæ eruditionis, publici fecisti iuris, ut nunc inter eruditissimos huius seculi Abbates jure meritoque numerari dignus habearis, sed etiam

 sum-

fummus Mufarum Mæcenas, quidquid ad ftudia litterarum excolenda augendaque pertinet, liberalisfime confers adhuc TVIS, & alios eruditos TVA profequeris gratia largisfime.

Videri quidem poterit nonnullis, ejusmodi quid DE PLANTIS indignum effe Viro tanto, publicis Ecclefiæ & privatis Monafterii curis centumque aliis gravisfimis negotiis obruto, atque fic me imprudentiæ accufari poffe. Sed quia ego optime novi, quanta re-

rum

rum physicarum consideratione & amore tenearis, qua ratione etiam a laboribus gravissimis curisque maximis defagitatus hortorum amoenissimorum cultura delecteris, ut animus negotiis fessus jucunditate quadam honesta reficiatur, eumque in finem Hesperidum aliorumque exoticorum vegetabilium copiam, sumptibus non contemnendis, comparaveris & in ornatissimis TVIS hortis ali colique volueris & adhuc velis: Facile a TE veniam audaciæ impetraturum fore

confiſus aliorum judicia nihili habenda eſſe cenſui.

Spero itaque fore, REVERENDISSIME DOMINE ABBAS! ut hoc qualecunque chartaceum munusculum, animi TIBI devinctisſimi devotisſimique monumentum, ex admiratione TVÆ eruditionis TVARVMQVE virtutum natum, a beneficiorum per plures annos in me collatorum copia altius enutritum ſerena & gratioſa fronte, TIBI quaſi

con-

connata, sis accepturus. Voti sic compos summum precor Numen, velit illud TE ORDINIS CISTERTIENS. DECVS, ERVDITORVM ORNAMENTVM, MVSARVM MÆCENATEM, MONASTERII CELEBERR. LANGHEIMENSIS PATREM BENIGNISSIMVM INDVLGENTISSIMVM ad seros canosque annos servare salvum, incolumen & in gravissimis, quæ semper agis negotiis, fortem, intrepidum, sapientem, prudentem. His meis precibus si annuat DEVS, non dubito quin & TVA gratia, quam devotissima mente a TE ex-


peto,

peto, frui ulterius liceat largissime mihi

PERILLVSTRIS & REVERENDISSIMI
TVI NOMINIS
TVARVMQVE EXIMIARVM VIRTVTVM

Coburgi
dabam e Museo a. d. IV.
Non. April. A. S. R.
CIƆIƆCCXLVII.

Cultori devotissimo,
Servo obsequentissimo
IOH. SEB. ALBRECHT. D.



Præfatio.

B. L. S.

Dum animum induximus, ut Viri quondam doctissimi, B. IOACHIMI IVNGII, Lubecensis, Med. Doct. & in aliquot Academiis olim Mathes. nec non in celeberrimo Gymnasio, quod Hamburgi floret, Logices, Physices & Metaphysices Prof. Publ. & ultra viginti annos Rectoris meritissimi, cujus merita in emendanda Philosophia uniuersa nemo non novit, (*a*) ISAGOGEN PHYTOSCOPICAM una cum ejusdem DOXOSCOPIIS MINORIBVS, seu OPINIONIBVS ILLIS, quæ DE PLANTIS agunt, (*b*) denuo in

(*a*) De Vita, meritis & scriptis Autoris nostri conf. IOH. BVRCH. MENCKENS Compendieus. gelehrt. Lexicon, edit. 1715. p. 1076. it. Allgemeines historisches Lexicon, in fol. Lipsf. 1730. II. Theil p. 1117. porro MART. FOGELII Annotat. general. IIdam ad opiniones physicas, specialioribus præmissam.

(*b*) Doxoscopias physicas minores ex recensione MARTINI FOGELII cum hujus Annotationibus jam 1662. literis Pfeifferianis Hamburgi in 4to expressas refert IOH. ANT. SEGVIERIVS in Bibliothecæ botanic. Part. I. p. 93. Consentit celeberr. MARHOFIVS in Polyhist. Part. II. Libr. II. c. 2. quæ vero editio mihi nondum ad manus venit. Vsus itaque sum ea, quæ Hamburgi 1679. cura ejusdem FOGELII prodiit, ubi hæ de PLANTIS DOXOSCOPIÆ Partis secundæ sectionem tertiam constituunt opinionum physicarum.

in uno faſciculo ederemus, in uſum quidem tyronum, ſeu ingeniorum ad ſtudia academica præparandorum, non dubitamus quin & Virorum de Plantis optime jam meritorum deſideriis (c) faciamus ſatis. Duæ autem fuere rationes, quæ ad hoc inſtitutum animum impulerunt, opuſculorum & *Dignitas* & *Raritas*. De iila nemo facile dubitabit, qui, perluſtratis hiſce paginis, perpenderit, Autorem noſtrum aliorum quoque Virorum eruditiſſimorum judicio acutiſſimum, vel inter primos eſſe numerandum, qui nonſolum ſtudii botanici nævos antiquos agnouerunt, ſed etiam illis indicatis, obſervationibus, dubitationibus, meditationibus illud ulterius excolendum putarunt, & ſic recentioris ævi ſcriptoribus, in hoc ſtudiorum genere celeberrimis ulterius proficiendi materiam ſuppeditarunt longe uberrimam, unde commodam naturæ vegetabilium copioſius & magis acurate explorandæ, tandemque firmiorum & certiorum ex fructificationis partibus eſſentialibus, (neglectis accidentariis omnibus, deſumtorum conſtituendorumque caracterum nacti ſunt occaſionem, ut tandem ad ambiguitatem omnem tollendam ſucceſſive orta ſit illa ſyſtematica methodus, qua plantarum innumeram copiam, in Claſſes, Ordines, Genera

(c) Exempli loco ſit Excel. quondam Viri, IOH. CHRISTIAN BENEMANNI, Pot. Reg. Pol. Maj. & Elect. Sax. a ConſiliisAulici deſiderium, in ſeinen Gedancken vom Reiche der Blumen. Dresd. 1740. in 8. p. 63. ubi ſic inquit: „Ich hätte wünſchen mögen dasjenige „Jungiſche Werck zu ſehen, wovon Herr „Hofr. Wolff, der ſein Lob nicht zu verſchwenden pfleget, in ſeiner Schrifft „vom Gebrauch derer Theile p. 729. §. „259. zu rühmen weis: Daß darinnen „der ſcharffſinnige Junge nicht alleine „den Unterſchied derer Pflantzen, nach „ihren verſchiedenen Theilen beſtimmet, „ſondern auch der Unterſchied derer „Blumen in Ordnung gebracht ſey, und „daß, wer ſolches Werck leſe, finden „würde, wie ſelbſt der Unterſcheid beſonderer Theile derer Blumen in gewiſſe „Claſſen ſich eintheilen laſſe.

nera & Species dispositam observamus. Iure itaque & merito celeberr. LINNÆVS JVNGIO nostro primum locum assignavit inter Institutores botanicos. (*d*) Et, ut de Methodo ejus nihil dicam, tanti Isagogen suam phytoscopicam ipse IVNGIVS noster fecit, licet ultimis curis non absolutam, ut ei edendæ de sumptibus tabulis supremæ voluntatis testibus prospexerit. (*e*) Mirati sumus sæpius, qui factum sit, ut in historicis de fatis & incrementis studii botanici scriptis, (*f*) multo minus vero in Isagogicis s. Institutionibus nulla fere, vel saltem rarior Jungianis meritis, quæ sane in hac re magna sunt, digna legatur commemoratio. Quin ipse solertissimus & in perfectiorem rei botanicæ emendationem natus LINNÆVS DOXOSCOPIARVM JVNGIANARVM ne meminit quidem, licet Vir sit in bibliothecis botanicis versatissimus, atque ISAGOGES fecerit justam mentionem. Causam sane aliam suspicari non licet, nisi quod ad oculos tanti Viri illæ non pervenerint, alias enim integerrimum Virum JVNGIVM nostrum, nisi in Critica botanica socium sibi adjunxisse, certe tamen inter Philosophos æque primum locum illi assignaturum fuisse non dubitamus. (*g*) Quanquam vero pro illorum temporum ratione CÆSALPINO coævus aut paulo posterior (*h*) MORISONIO tamen certe prior,

(*d*) In Biblioth. botan. Amstelod. 1736. in 8. p. 123.

(*e*) Sic enim Tit. refert Isagoges: Hamburgi, typis Mich. Pfeifferi, SVMPTIBVS TESTAMENTI IVNGIANI. 1679.

(*f*) V. g. in IOS. PIT. TOVRNEFORTII Isagoge in rem herbariam, Institut. botan. præmissa. In PETR. HOTTONS Oratione de rei herbariæ historia & fatis & ADR. ROYEN præfat. ad Floræ Leydensis prodromum.

(*g*) In Bibliothec. botan. 134. it. p. 119.

(*h*) CÆSALPINVS namque obiit Romæ 1603. IVNGIVS autem Hamburgi 1657. Quod vero hic Cæsalpi-

in arduo hoc opere, in quo desudavit Vir magno ingenii acumine præditus, primas hasce lineas non sine omni defectu duxit: attamen plures antecessorum errores & modeste indicavit & multos solide emendavit. Interim tamen non dubito fore plerosque, qui novam hanc opusculis Jungianis denuo edendis adhibitam curam supervacaneam imo inutilem judicent, hac imprimis ætate, qua res herbaria ad altius fastigium evecta, totque excellentissimorum Virorum curis, obseruationibus, experimentis meditationibusque magis exculta, scriptis etiam pervulgata, ad virilem quasi ætatem pervenit. Sed hi erunt fere, qui, immemores, multum interesse reipublicæ literariæ, seriem nosse meritorum in quolibet scientiarum genere, & incrementorum ab incunabilis ad adultam usque ætatem progressum, non nisi nova & perfectissima esse legenda putabunt. Hi si meminerint, nos multum etiam debere curis virorum, qui ante nostra tempora in emendandis erroribus pervulgatis fuerunt diligentes & industrii, magnæque insuper utilitatis in Scholis esse, studiosam juventutem jucunditate quadam ad evolvenda & legenda antiquiorum, tam Græcorum quam Romanorum Volumina tacite invitari, non admirabuntur, nos illorum sententiam esse sequutos, qui harum rerum æquiores sunt æstimatores.

Vt itaque L. B. habeat in uno fasciculo, quicquid superest meditationum Jungianarum de Plantis, ISAGOGI FHYTOSCOPICÆ, bono ut puto consilio, DOXOSCOPIARVM MINORVM, seu OPINIONVM PHYSICARVM illam

num diligenter legerit, testantur hæc de Plantis. opuscula, inprimis vero doxoscopiæ

lam sectionem, quæ Partis secundæ tertia est, subnectendam putavimus. Agit enim illa de Plantarum speciebus tam summis, quam inferioribus, vel, si mavis, Ordinibus, generibus, speciebus, porro de plantarum nominibus, de plantis perperam homonymis & heteronymis, denique de partibus quarundarum plantarum confuse cognitis, tandem de plantarum vita. Vtriusque autem fasciculi ea est affinitas, ut mentem autoris in altero obscuriorem ex altero optime interpretari possit industrius lector, quod VAGETIVS jam annotavit. (i)

Quæ conditio prima fuerit opusculorum horum posthumorum, qua cura, qua diligentia & a quibus Viris illa successive sint in ordinem redacta, quibus fatis sæpe interruptus sit labor, non est ut repetam, quia harum rerum omnium rationes copiosas & sufficientes dederunt Viri doctissimi, MARTINVS FOGELIVS & IOH. VAGETIVS, quorum utrorumque Monita & Annotationes ante legisse juvabit, quam quis ad opusculorum ipsorum lectionem se accingat, vel eum quoque in finem, ut de improbis horum aliorumque virorum laboribus melius judicare & erroribus aut ambiguis nonnullis veniam æquius dare discat. Vtinam contigisset Viro eruditissimo longiori vita frui, ut perficere omnia ipse potuisset, tunc enim ea magis ordinata, recocta, limataque haberemus. Quod vero ad nostras pertinet curas, in Orthographia nihil immutavimus temerarii, quia nec FOGELIVM nec VAGETIVM hac in re observavimus audaciores. (k) Cum vero assertionum plures sectiunculæ in uno paragra-

 phro

(i) Vid. Ejusd. Monend. XXVI. ad Isagogen p. 59.

(k) Conf. Monend. XX. p. 49.

phro collectæ numerisque tantum margini appositis notatæ, aliquid obscuritatis sæpius alere viderentur, quæ remorari poterat lectorem in evolvendis notandisque rebus notabilioribus, singulas easdem separari curavimus, ut sic oculorum primo obtutu facilius reperiri queant. Quas Fogelianas annotationes generaliores Doxoscopiis physicis præfixas, his in specie de Plantis, aliquid lucis fœnerari posse putavimus, specialioribus ejusdem præmitti voluimus, ne quidquam eorum æque desiderari possit, quæ ad majorem notitiam atque intelligentiam ullo modo facere queunt. Neque in ISAGOGE neque in DOXOSCOPIIS ullibi GEMMARVM factam esse mentionem observantes, quarum tamen cognitio & justa idea indeque formanda differentia tanto magis necessaria videbatur, quanto major est earum usus, huic defectui mederi voluimus brevissimis ita, ut *Cap. IV.* ISAGOGES, DE CAVLE, in notula subjunxerimus ea, quæ recentiorum obseruauit circa GEMMAS industria, (*l*) ne tyronibus, quorum in gratiam hæc

(*l*) Nam tantum non omnem generationis & multiplicationis s. propagationis ejusdem Speciei plantæ rationem unice, vel immediate ex semine, vel mediate per gemmam fieri, immo in ipsis gemmis seminum primordia jam latitare, hodie compertum est. Et quod magis mirari licet, omnem multiplicationem, radicum bulbosarum, ut in Tulipis, squamosarum, ut in Liliis, tuberosarum, ut in Hyacintho Ind. tuber. flagellantium ex geniculis, ut in Fragaria, & reliquarum plantarum, quantum novi omnium, quæ radicibus multiplicantur & propagantur, uniformiter fieri per gemmas, sub terra sæpissime reconditas & a visu nostro remotas, vel illa docet observatio, qua interdum ejusmodi bulbos, ut alias gemmas, extra terram, altius in foliorum alis natos videmus. vid. Commerc. lit. Nor. phys. techn. med. Ann. 1735. Hebd. XXVII. p. 212. Hebd. XLIX. p. 386. Hebd. LI. p. 410. porro ibid. Ann. 1741. Hebd. XLIV. p. 347. nec non BENNEMANNS Beschreibung der Tulpe p. 30. *Illustr. L. B. de* WOLFF. Von der wunderbaren Vermehrung des Getreydes Cap. II. und deren Erläuterung Cap. I. & II. Recte ita-

hæc recusa voluimus, ut supra jam indicatum est, aliquid deesse videatur eorum, quæ nosse multum interest. Quibus ut in reliquis etiam consulatur eo melius, identidem sub finem vel paginarum vel capitum illos indicavimus ex scriptoribus recentioris ævi, quorum major est autoritas, qui & familiariores apud nos sunt, & ex parte non magno parabiles, sic enim habebunt, quos consulere ulterius possint.

Tandem itaque Celeberr. Ludwig in Institutionibus regni vegetabilis p. 223. §. 548. maximam esse radicum bulbosarum cum gemmis convenientiam asservit. Sæpius mihi nata est in mente dubitatio, annon vexatissimi illius naturæ phænomeni, quod hodie ingenia physicorum torquet, de propagatione & multiplicatione Zoophyti illius, Polypi nempe aquæ dulcis Trembleyani ratio, ex idea gemmarum peti possit. Tabercula enim copiosa in illius corpore conspicua mihi quidem videnturgemmulæ, ex quarum singulis a corpore licet divisis, singula prodire possunt nova ejusmodi corpora organica ejusdem naturæ, quemadmodum in gemmis vegetabilium idem fieri observamus. Illud ipsum vero corpus organicum Polypi hujus forsan propius in hoc accedit ad Vegetabilium naturam, quam animalium. Id quod aliorum & illorum quidem maxime observationibus relinquo, quibus copia & facultas est observationum hac in re ulterius faciendarum. Ipsæ observationes Trembleyanæ de generatione hujus Polypi, in Memoire pour l' histoire de Polype Mem. III. p. m. 153. seqq. certe suadent, ut credam easdem tuberculorum illorum ac gemmarum esse rationes, ut ita non opus habeamus illam ex partibus diuisis prodeuntem generationem aut multiplicationem, animæ cuidam nescio cui, corporis novi formatrici tribuere. Accedit, quod Cirri illi, ab extremitate corporis prodeuntes, magnam habere analogiam observentur, cum fibrillis radicum in vegetabilibus aquis innatantibus. Est perquam difficile, sine sufficiente observationum copia res in limitibus positas ad justos referre terminos. Quemadmodum enim Lithophyta, v.gr. Corallia, multa habent cum regni mineralis corporibus communia, ita forsan ejusmodi Zoophyta inter animalia & vegetabilia ambiguæ sunt naturæ, ut perquam difficile sit judicatu, cui ex his regnis potior pars debeat. Motum habere ejusmodi polypos observatum est, unde ad animalia referri queunt, sed si hanc generandi & multiplicandi rationem & in integro corpore & in partibus singulis divisis consideramus, hac ipsa plantarum naturæ propius accedunt. In eo sane conveniunt utraque, quod habeant corpora organica.

Tandem ob rerum affinitatem Celeberr. & doctiſſ. quondam Viri IOSEPHI AB AROMATARIIS ad BARTHOLOMEVM NANTI rariorem EPISTOLAM ſubjungi non incongruum fore putavimus, quam DE GENERATIONE PLANTARVM EX SEMINIBVS, diſcurſui ſuo de Rabie contagioſa, magni momenti affectu præfixit, qui primum Venetiis 1625. (*m*) proximo deinde anno 1626. ob dignitatem materiæ, etiam Francofurti denuo impreſſus eſt in forma, quam ob quaternarium plagellarum numerum quartam vocant. Hic enim celeberr. Autor primis merito annumeratur, qui obſervarunt & docuerunt, maximam inter SEMINA VEGETABILIVM & OVA ANIMALIVM intercedere analogiam, utraque continere futuri fœtus rudimenta, neutra vero generari aut creſcere a principio interno, niſi ante a principio quodam activo (ſemine virili) fœcunda fuerint reddita; licet, quantum ex theſibus judicare poſſumus, ante hos centum annos & quod excurrit, obſcurior & confuſa ex parte adhuc fuerit autoris hac de re idea. Atque hæc fere ſunt B. L. de quibus monitum Te voluimus in limine. Vale & his utere nobiſcum feliciter, noſtriſque ſtudiis fave.

(*m*) Vid. Ioh. Franciſci Segvierii Biblioth. botan. P. I. p. 3. ſeq. Nos uſi ſumus edit. Francofurtenſe.

Scrib. *Coburgi*
ipſis Cal. April. A. S. R.
clↃ lↃ CCXLVII.

IOH. SEB. ALBRECHT. D.

IOACHIMI IVNGII

Lubec. Med. D. & in Gymnas. Hamb. Log. Phys.
& Metaphys. P. P.

ISAGOGE PHYTO-SCOPICA

IN COLLEGIIS PRIVATIS AB IPSO TRADI AVDITORIBVS SOLITA

AD EXEMPLARIA, QVAE IPSE AVTOR SVMMA DILIGENTIA DEPREHENDEBATVR REVIDISSE ET MVLTIS LOCIS SVA MANV LOCVPLETASSE ACCVRATE EXPRESSA

recensente

IOHANNE VAGETIO

Log. & Metaph. P. P.

Ioan. Ruell. praefat. in Comment. Valer. Cordi, fine.

Certent alii adiicere, quod huic deesse iudicauerint, id erit multo laudabilius, quam si bene meritum de communi hominum vita obtrectationibus impugnent.

Matth. VI, 28. 29.

Καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, πῶς αὐξάνει. Οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων.

Cognoſcite Lilia agri, quomodo creſcant. Non laborant, neque nent. Dico tamen vobis, quod nec Salomon in omni gloria ſua amictus fuerit, vt vnum horum.

Solet commendatio libellis quaeri ab eruditorum encomiis, & apti ordinis laude. Encomiis omnibus huic opusculo maius est iudicium Clarissimi Viri Domini *Guerneri Releuinckii*, Med. D. & in celebratissima Salana P. P. suis meritis ita noti, vt quantumuis amplos titulos illa iampridem superarint. Is enim tractatam Isagoga hac materiam ita dignam iudicauit consideratione, ita tenebris indignam, vt plerorumque hic indagatorum summam Libri sui de Vegetabilibus IIdi anno 1670. editi (*) Sectioni IVtae putarit inserendam. (**)

Proderit contulisse cum

Iungii Isagoges	*Rolf.* Veget. II, S. IV.
Cap. II, §. 2.	Cap. IV, lin. 1.
9.	VI, 155. 4.
III, 2. 3. 13. 19. 20.	VIII, 161. 1-18.
IV, 1. 3-6.	VI, 156. 1-11.
V, 3-6.	14-20.
8. 9.	21-23.
10. 12.	157. 1. 2.
VI, 10. VI, 1-7.	156. 24-fin.
VII, 1-4.	157. 3-6.
8.	6-8.
10.	8. 9.
VIII, 2-4.	10-16.
8.	16-17.
9. 11.	17-22.
IX, 1-7.	23-27.
Cap. X, 5.	VIII, 161. 32.
XI, 1-4.	VI, 157. 28-33.
5-12.	34-fin.
&	158. 1-12.
XII, 1-7.	VI, 158. 13-18.
9. 10. 12-14.	19-23.
15. 16.	26-28.
XIII, 7. 8.	VIII, 162. fine.
XIV, 2. 5.	XI, fine &
	IX, 164. 20. 17.
XV, 1-3	X, 165. 26. 27.
XVI, 1. 2.	28-32.
XVIII, 1. 3. 7-9.	165. 33. 166. 4.
XIX, 1. 3. 4. 8. 9. 11-14.	X, 166. 5-10.
XXI, 1-3. 5.	11-19.
XXIV, 2-9.	20-fin.

Et loco quidem Vegetabilium vltimo exempla etiam adduntur, in Isagoge non comparentia; multis locis apte contrahuntur, quae in Isagoge sunt explicatiora, caput inprimis XXI; alicubi tamen sensus exigua est discrepantia, facta subdiuisione, vbi in Isagoge erat condiuisio. Pertinet vero ad hanc contemplationem Sect. V. c. V. Haec pro encomiis valebunt.

Ordo capitum hic est:


Cap. I. Plantae *Definitio* & *Distinctio.*
II. Plantae *Partitio.*
III. De Folio *simplici* & *composito.*
IV. Caulis *distinctio.*
V. Planta *Mutila* & *Perfecta*, distinctae & confusae germinationis.
VI. Panta *multiplex* s. plurium fundorum.
VII. Planta *Multicaulis.*
Cap. VIII. Differentiae Caulis a *foliis.*
IX. - - a *germinatione.*
X. - Plantae a *duratione.*
XI. - Caulis a *ramis* & *petiolis.*
XII. - - *per se spectati.*
XIII. *Floris* definitio & distinctio.
XIV. De *Perianthio.*
XV. Floris *partes generatim.*
XVI. Flos *simplex* Vniformis.

(*) Ienae in 4to, 1. *Alph.* 7 *und ein halber Bogen.*
(**) Ex recentioribus vnum Clariss. *Wolffium* adducere licebit, qui iudicium exactissimum nostri *Iungii* admiratur in hoc opere praestitum. v. Ejus *vernünfftige Gedanken vom Gebrauch der Theile im Pflanzen.* cap. VII. §. 258.

Ordinis autem rationem seu capitum cohaerentiae exhibet haec tabella.

Nihil praeloquii amplius. Vale Benev. Lector, utere, fruere.

ISAGO-



ISAGOGE PHYTOSCOPICA.

CAPVT I.

Plantae Definitio & Diſtinctio.

I.

Planta, φυλὸν, eſt corpus viuum non ſentiens; ſiue eſt corpus certo loco, aut certae ſedi affixum, vnde *Nutriri*, *Augeri*, denique ſe *Propagare* poteſt.

2. *Nutriri* dicitur, quod alimentum attractum in partium ſuarum ſubſtantiam transmutat, ad ſupplendum id, quod a calore natiuo, ſiue flammula inſita diſſipatum eſt.

3. *Augeri*, ſiue *augmentari planta* dicitur, quae plus ſubſtantiae ſibi reſtituit quam diſſipatum eſt, ideoque non ſolum ſecundum omnes, non ſatis adultas partes, in omnes dimenſiones, maior redditur; verum etiam nouas inſuper partes ſibi aggenerat.

4. *Differt* igitur *augmentatio plantarum ab aucta animalium.*

1. Quod non omnes partes ſimul augentur. Nam folium arboris v. g. vbi ſatis expanſum eſt, atque ita ſatis adultum, non amplius creſcit; item

Surculus, aut ramulus, vbi ſufficienter extenſus eſt, non amplius in longum exporrigitur.

2. Quod nouae partes, videlicet noua folia, noui ſurculi, pediculi, flores aggenerantur:

5. *Propagare ſe planta* dicitur, vbi aliam ſibi ſpecie ſimilem gignit.

Propagandi igitur vocabulum hic *late* ſumitur.

 6. Planta

6. Planta alia est *proprie dicta:*

alia *Rudimentum* potius *plantae*, aut deficientis caussae generantis *Abortus*.

Vti sunt Fungi, Tubera, Musci, Lenticulae &c. quorum considerationem ad finem huius speculationis *(a)* reiicimus.

(*a*) Appictum hic est ab auctore in B. signum addendorum. Nimirum de Abortibus in hac Isagoge nihil traditur. Monere ergo se ipsum voluit, vt aut adderet, quod hic promittit, aut mutaret verba ex (ad finem &c. in: hic omittimus, vel: alteri speculationi reseruamus, *Vaget.* (*)

CAPVT II.

Plantae Partitio, & Definitio partium immediatarum
Radicis
Supernae partis
Fundi
ex mediatis etiam Caulis
Caudicis
Culmi
& Scapi caulis.

I.

Planta proprie dicta *duabus constat partibus*, radice & superficie siue parte superna.

2. *Radix* est pars inferior, quae intra corpus solidius, quod plantae sedem praebet, abdita, (siue illud sit terra, vt plerumque, siue saxum, siue calx, siue arena, siue lignum, siue quodcunque aliud) & alimento attrahendo destinata est. (**)

(*) Fungos & Muscos non esse abortiuos plantarum foetus, recentiorum imprimis celebert. Florentini Medici *Petri Antonii Michellii* detexit solertia. vid. *Linnaei* Obseruationes in Regn. vegetabile n. 1. *Eiusd.* Class. plantar. p. 601. 602. Cl. *Ant. Guil. Plazii* Progr. de Seminibus plantar. Lips. 1736. p. 2. nec non Exc. *Ioh. Ad. Wedelii* Diss. de Fungis, Ienae 1744. p. 12. Contrarium licet asserat celeb. *Ioh. Maria Lancisius* in Dissertatione, quae cum eiusdem eruditissimis operibus prodiit Geneuae 1718. in 8v. *Abortus* autem ideam a plantis plane, vna cum aliis eiusmodi metaphoricis loquendi formulis, remoueri vult, *Linnaeus* in Critica botanica §. 269. p. 219.

(**) Consule si placet, *Ioh. Gesneri* Diss. physicam de Vegetabilibus p. m. 62. seqq. Vberius autem Celeb. *Plazii* Histor. Radic. Lips. 1733. & Cl. *Ludwigii* Institut. regni vegetab. Lips. 1742. p. 156. Ill. *Wolffii Würkungen der Natur* cap. X. §. 388. *und vom Gebrauch der Theile in Pflanzen* cap. III.

3. *Pars*

3. *Pars superna* est, quae supra sedem plantae in liquido corpore (aëre vel aqua) exstat, & speciei eminus propagandae praecipue inseruit.

4. *Limes communis*, in quo duae istae partes cohaerent, *Fundus plantae dicitur*, Graecis πυθμήν.

5. Pars superna, aut pars partis supernae est vel *Caulis*, vel *Folium*, vel *Flos*, vel *Fructus*, vel minus secundaria aliqua pars v. g. *Villus* aut *Spina*.

6. *Caulis* est pars superna, in altitudinem ita exporrecta, vt anteriora a posterioribus, vel dextra sinistris non differant.

7. Caulis in Arboribus & Fruticibus *Caudex*,
In Frumentis *Culmus* dicitur.

8. Caulis est vel *simplex* vel *ramosus*.

9. *Scapus caulis* est pars caulis ramosi, quae a fundo ad cacumen summum vna quasi linea extenditur, cui rami vtrinque adhaerent. (*)

CAPVT III.

1.

FOLIVM est, quod a sede, cui adhaeret, ita in altitudinem, siue longitudinem, & latitudinem extenditur, vt tertiae dimensionis termini inter se differant, h. e. Superficies folii interna ab externa.

2. SVPERFICIES FOLII INTERNA, quae & *superior*, item *supina* dicitur, est quae caulem respicit, ideoque vel cauitatis aliquid

(*) De Caulis natura pluribus vid. *Gesnerum* l. c. pag. 66. it. Celeb. *Plazii* Diss. de Caule Plantar. Lips. 1743. & Cl. *Ludwigii* Institut. regni vegetab. p. 19. & 163. Illustr. *Wolff. von Würkungen der Natur* cap. XI. *Idem, vom Gebrauch der Theile in Pflanzen* cap. IV.

quid obtinet, vel minus convexa est, quam altera *exterior* siue *inferior*, siue *prona* superficies.

3. Folium aliud est simplex, siue stricte dictum, aliud compositum.

4. FOLIVM SIMPLEX est, quod in alia folia non diuiditur.

Vt in Cerasо, Fago, Malo, Pyro, Quercu, Vite, Auena, Hordeo, Gramine, Lilio, Tulipa, Roremarino, Saluia, Vrtica.

Estque *margine* vel *integro* vel *scisso* ;

Item *sinuato*, vel *absque sinubus*,

Denique *planum* vel *concauum*.

5. *Scissi marginis folium* vel est *laciniatum*, vel *serratum*, siue *crenatum*, vel *dentatum* (*denticulatum*.)

6. *Folium sinuatum*, vel *angulatum* est, vel *absque angulis*.

7. *Angulatum folium*, inter integri & scissi marginis folium quasi ambigit, vt Hederae adultae, Bryoniae.

8. Absque angulis, vt Smilacis asperae.

9. *Lacinia* est portio folii inter fissuras aut sinus &c. (alia incertum quae deliberauit adiicere) inclusa.

10. *Fissura* est profundior scissura.

11. FOLIVM CONCAVVM, quod fistulae instar teres, & intus vacuum est, ita, vt infima pars, & cauli proxima plana sit; vt in Allio, tam Satiuo, quam Syluestri, Caepa, Porro.

12. *Circumscriptio folii* est perimeter folii absque scissuris considerata (per mentis scil. abstractionem.)

v. g. Folium Hederae terrestris, item Geranii columbini, *Circumscriptione circulare* est.

13. FOLIVM COMPOSITVM est, quod ex Petiolo, siue Neruo, siue Costa, & Foliis simplicibus constat.

14. PETIOLVS, siue Pediculus folii, est pars in longitudinem extensa, quae folium sustinet, & cauli connectit.

15. Petiolus *stricte* dictus a caule vsque ad folii initium intelligitur;

Id, quod inter folia est, NERVVS saepius, aut COSTA dicitur.

16. NOTA. Folium compositum ab imperitis aut negligenter obseruantibus pro Ramo aut Surculo habetur, sed discernitur facile, 1. Quod superficiem habet internam & externam, vt & folium simplex. 2. Quia totum autumno decidit, vt & simplex folium.

17. Ad

17. Ad homonymiam Folii, quod etiam in flore eſt, euitandam, dicimus etiam *Foliaturam* vel *Simplicem*, vel *Compoſitam.*

18. Foliatura *Compoſita eſt* vel *Digitata*, vel *Pennata*, vel *Triangulata.*

19. FOLIATVRA DIGITATA eſt; vbi plura ſimplicia folia, quaſi ad vnum petioli punctum, ſiue terminum aptata ſunt,

vt in Trifoliis & Pentaphyllis, Fragaria, Lupino.

Fog. Digitatam Helleboro & Aconito Scaliger tribuit in 1. de plantis p. 69. a. C.

20. PENNATA eſt, vbi bina folia e regione ſibi ad idem quaſi Coſtae punctum (ſiue ad eandem Coſtae diſtinctionem) opponuntur.

21. Eſt vel *pariſolia* vel *impariſolia.*

Siue vel *pariter pennata*, vel *impariter pennata.*

22. PARITER *pennata*, vt in Faba, Piſo, Vicia.

Vna arborum Lentiſcus pariter pennatam foliaturam gerit.

23. IMPARITER *pennata*, vbi vltimus coſtae terminus ſingulari folio clauditur, quod imparem numerum foliaturae tribuit.

Vt in Roſa, Iuglande, Fraximo, Sorbo, Potentilla, Dolicho. (*)

24. Pennata foliatura porro vel *vniformis* eſt, vel *diformis.*

25. *Vniformis*, ſi folia circa eandem coſtam haerentia magnitudine fere aequalia ſunt.

26. *Difformis*, ſi vel maioribus minora ſunt interpoſita, vt in Vlmaria, Agrimonia, Filipendula, vel ſuccedant.

27. TRIANGVLATA foliatura eſt cuius coſta ita ramoſa eſt, vt bini rami ex eadem diſtinctione primario ſibi oppoſiti tot foliis veſtiantur, vel in tot ramos findantur, quot reliqua exterior coſtae primariae portio obtinet. Talis eſt in Leuiſtico, Apio hortenſi, Aquilegia, Paeonia.

Dicitur etiam *Ala foliorum; Ala folioſa; Folium ramoſum.*

28. Primaria triangulatae foliaturae coſta etiam *Scapus coſtae* dici poteſt. Coſta foliaturae etiam *Neruus* dicitur.

(*) Vox recentioribus Botanicis rarius vſitata, Phaſeoli ſpeciem eſſe apud *Theophr.* putat *Ioh. Bodaeus a Stapel* in Not. & Commentar. ad *Theophr. Ereſii* Hiſt. Plantar. Libr. VIII. c. 3. p. m. 926. conſentit Cl. *Linnaeus* in Critic. Botan. p. m. 121. Qui tamen nouum hoc nomine genus inſignivit, carina non ſpirali a Phaſeolo diſtinctum, Gener. Plant. n. 588.

29. Triangulatae foliaturae coſtam interdum etiam *Ramaſtrum* appellamus, quia *Ramum*, h. e. partem caulis quaſi ſimulat; a ramo tamen diſcernitur, quod interdum ſuperficiem exteriori diſſimilem figura obtineat.

30. In foliatura triangulata vnum folium particulare, latere protuberans, aut fiſſum, interdum loco duorum eſt.

31. PLANTA DIFFORMITER FOLIATA eſt, cuius folia in imo caule, aut circa radicem ſita ab iis, quae reliquo cauli adhaerent, notabiliter diſcrepant, ita, vt non paulatim mutetur figura.

Ita in Smyrnio circa radicem foliatura eſt triangulata e foliis particularibus fiſſi marginis, inſtar Apii; in caule folia ſimplicia margine integro caulem abſque petiolo amplectentia.

In Campanula minima, folia circa imum caulem lata; reliqua oblonga & anguſta.

In Ranunculo fluuiatili, folia ſub aquis capillacea, extra aquam rotunda.

ASSERTIO,

Foliatura digitata in arboribus rara eſt, ſed triangulata rarior, vtraque in herbis frequens, triangulata frequentior. (*)

CAPVT IV.

Caulis Diſtinctio 1-4.
Ala 5. 6.

1.

Diſtinctio caulis, eſt pars caulis, vnde vel Ramus, vel Folium, vel Pediculus folii; vel Flos, vel Pediculus floris, fructusue, vel plura horum ſimul prodeunt.

2. Si caulis, aut ramus caulis, quaſi priſmaticum corpus conſideretur, diſtinctio haec eſt quaſi transuerſa ſectio baſi priſmatis parallela.

3. Diſtinctio haec, ſi protuberat, *Geniculum*, aut Nodus dicitur.

Item *Junctura*, ſi pars ſuperior inferiori pyxidatim inſeratur, vt in Cannabina, Perſicaria.

(*) De foliorum ſtructura differentia vſu vid. *Gemerum* l. c. p. 72. ſepq. *Plazii* Hiſtor. folior. in plantis. Lipſ. 1740. *Ludwigii* Inſtitut. regni vegetab. pag. 175. Cl. *Ludwig Phil. Thumigs Verſuche* IItes Stück n. V. Ill. *Wolffium vom Gebrauch der Theile bey denen Pflanzen* cap. V. *Id. von Würkungen der Natur* cap. XI. §. 391.

4. Pars

4. Pars caulis, aut rami caulis inter duas distinctiones *Articulus*, item *Internodium* dicitur.

5. *Ala caulis* est angulus, quem cum caule vel ramus, vel folium, vel pediculus folii constituit, qui semper fere acutus est, vel rectus saltem, quia rami & pediculi sursum enituntur.

6. *Cum caule* dico constitui illum *angulum*, siue cum scapo, siue cum ramo caulis constituatur. (*)

CAPVT V.

Plantae species vulgares 1. 2.
Mutila 5. carens caule 6.
radice 7-9.
Perfecta 4.10. Germinationis confusae 11. 12.
ambiguae 13.

I.

Planta proprie dicta communi sententia in arborem, fruticem, suffruticem & herbam diuiditur;

Verum non ab omnibus eodem sensu membra diuisionis explicantur.

2. Conemur, quantum fieri potest, *distinctas* adferre *notiones:*

Quantum fieri potest, inquam, quia partim appellationes, partim obseruationes in nonnullis nos deficiunt.

3. *Planta* vel perfecta, vel mutila est.

4. *Perfecta* est, quae tum radice, tum caule praedita est.

5. *Mutila* est, quae vel caule caret, vel radice.

6. Quae *excaulis* est, eius supernam partem folia constituunt, quae semen etiam in auersa, siue exteriore superficie ferre solent, atque ita caulis vices supplere.

(*) Ex alis *Gemmae* plerumque prorumpunt *steriles*, ex quibus surculus nouus oritur. *Sunt* enim Gemmae secundum *Gesner*. l. c. pag. 72. *Folia nondum explicata in nodulis conuoluta existunt in arboribus & fruticibus.* Docet id autopsia. Aliae sunt ab his diuersae *fertiles*, fructiferae vel floriferae, quae plerumque in summitate caulis & ramusculorum crescunt & *praeter folia etiam flores & post horum defluxum fructus proferunt.* Germanis hanc ob causam vocantur *Tragknospen*, & quia turgidiores prioribus, facile ab illis dignosci possunt. Conf. *Chr. Gottl. Ludwigii* Institutiones histor. phys. regni vegetabil. p. m. 219. seqq. *Idem* in Aphorism. botanic. pag. 68. Ill. *Christ. Wolffii vernünfftige Ged. vom Gebrauch der Theile in denen Pflanzen* cap. VI. p. m. 716. *Idem von Würkungen der Natur* cap. 4. Cl. *Ludw. Phil. Thümmigs Versuche* IItes Stück n. V. *von den Baumen, welche aus Blättern auferzogen worden.* Gemmae sub fundo in terra reconditae nouas radicum producunt propagines.

Tales sunt: Filix, tam simplici folio, quam ramoso; Not. contra Dodon. Adiantum, Phyllitis, siue Lingua ceruina, Scolopendrium, & similes.

7. Vtrum autem omnes semen gerant, adhuc controversum est, & obseruatione vlteriore indiget.

Nos speramus, naturam quoque hic analogiae studiosam, ideoque nullam plantam semine destitutam. (*)

8. *Quae radice destituuntur*, si qua talis est, loco radicis tamen fibras quosdam & processus habeat necesse est, quibus sedi suae affigatur, quamuis iis in attrahendo alimento non vtatur, sed supernae partis poris alimentum acquirat.

9. Tales esse feruntur, quae saxis adhaerent,
Vt Quercus marina, Lichen marinus.
Vel aliarum plantarum cauli, aut caudici;
Vt Cuscuta, Epithymum, & secundum quosdam Viscum:
Verum haec necdum satis obseruata sunt.

10. *Perfecta planta* vel *caulem* a *folio* distinctum gerit vel confusum cum eo.

11. *Quae confusum gerit*, ea est, quae folium e folio producit, atque ita ex meris foliis caulem quasi quendam ramosum componit, qui eo

DISCREPAT A NATVRA *caulis*, *quod* PARTES prismatis figuram non referunt, sed crassitiem latitudine minorem habent, h. e. IN LATITVDINEM EXPANSAE SVNT, ideoque etiam *folia* dicuntur.

Rursus in eo CAVLIS INDOLEM EXPRIMIT hoc folium, quia SE PROPAGAT, quod folio proprie dicto non competit.

Differt etiam id, quod folium dicitur in his plantis a folio proprie dicto, quod SVPERFICIES latiores, figura non diuersas, h. e. INTERIOREM AC EXTERIORE NON DIFFERENTEM obtinet.

Ex quibus constat, folium hoc *magis* ad *caulis*, *quam foliaturae* indolem accedere.

(*) Multa detexit *Petri Ant. Michellii* industria in Muscis, Lichenibus, Fungis & similibus, in *Nou. Plant. Gener. Florent.* 1729. nec de reliquis dubitandum est. conf. *Carol. Linnaei genera Plantar.* Class. XXIV. *Cryptogamia* vocata.

12. Ra-

12. Rarae admodum ſunt plantae haec confuſae germinationis, inter eas autem eminet Ficus Indica, ſiue Tune, ſiue Opuntia, quae & florem & fructum in ſupremis foliis ſiue ramis gerit.

Talis quoque eſt Sertularia Imperati, ſiue Lichen marinus Cluſii,

Item plantula in Varno creſcens, quam ſaepe remis erutam ὀλοφύλλιδα vocitabam, quod meris quaſi foliis conſtaret: qua radice nitatur, item, utrum flores, fructusue ferat, nondum mihi compertum.

13. Eſt forſan & alius modus plantae confuſi germinis, vbi *quae e caulis geniculis enaſcuntur*, vtrum *rami* caulis, *an folia* dicenda ſint, *ambigi poteſt*, vt in Equiſetis, ſiue Hippuridibus. Nam *prismatica forma*, qua *ſcapo ſimilia* ſunt haec germina, *caulis partes* eſſe arguit: at quod (ſi poteſt tollere falſitatem) *flore & fructu deſtituta* reperiuntur, *foliaturae* eſſe *potius* accenſenda oſtendit.

CAPVT VI.

De planta multiplici, ſiue plurium fundorum.

I.

Perfecta & *diſtinctae germinationis* planta vel ſimplex eſt vel multiplex.

2. *Simplex* eſt, quae vnius eſt fundi: multiplex, quae plurium.

3. *Plures habere fundos* (Vitruu. c. de org. hydr. habet fundulos) dicitur *planta*, vel ob caulis, vel radicis fœcunditatem.

4. *Ob caulis fœcunditatem*, ſi caulis aliqua pars terram, aliamue plantae ſedem attingens nouus fundus fiat, & radices deorſum, caulem ſurſum emittat.

5. Tales ſunt in humili plantarum genere Fragaria, Anſerina, Piloſella, Chamedrys, Peruinca;

item in grandiore, ſiue robuſtiore, Rubus,

& ſi ars accedat, vt in Roſa, Vite, Amygdalo, Punica.

6. *Ob radicis fœcunditatem fundi plures* ſunt, ſi radicis aliqua portio, terrae ſuperficiei vicinior nouum caulem ſurſum, nouas fibras ſiue radiculas deorſum effundat.

7. Id autem fit dupliciter;

vel enim *radix ſurſum ramoſa*, & quaſi πολυκέφαλος, ſiue multorum capitum, vt in Taraxico, Imperatoria, Eryngio marino, Bellide;

8. Vel *radix transuerſum ſerpens*, aut *ramus* aliquis *radicis transuerſus* e pluribus geniculis ſiue oculis caules & radiculas producit.

9. Et hic multiplicis plantae modus frequentior eſt, vt in Gramine canino, Harundine, Hedera terreſtri, Lilio conuallium, Polygono, Mentha, Menthaſtro, Siſymbrio, Equiſeto, Vacciniis, Pyrola, Populo Libyca ſiue tremula;

10. Sunt, quae *tum caulis, tum radicum reſpectu multiplices* ſunt,
vel a *natura;* ut: Rubus vterque, Pyrola fruticans;
vel *arte adiuuante*, ut: Vitis, Roſa.

11. Fieri poteſt, vt planta *pro diuerſa origine* ſiue *natiuitate*, vel *vnius*, vel *plurium* ſit *fundorum*,
vt Vitis e ſemine, h. e. Gigarto uvae, ſimplex;
Quae vero ex malleolo, multiplex ſit;
Quod vlteriori obſeruationi committimus.

12. Planta plurium fundorum plurium inſtar plantarum eſt, ideoque differentiae reliquae plantarum non minus *plantae, quae multiplicis plantae pars eſt*, quam *ſimplici plantae* conueniunt.

13. Cum *planta* diuiditur in ſimplicem & multiplicem, vt in ſpecies, non actu, ſed *potentia ſimplex*, & *multiplex* intelligenda eſt, hoc eſt, planta cuius haec eſt natura, ac facultas, vt vel ſimplex ſit vel multiplex.

CAPVT VII.

Planta vnicaulis 2. 4.
Multicaulis 3. biformiter 6. 7.
ſimpliciter 8.
Multicaulem ſimulans 9. 10.

1.

Eſt autem porrò perfecta planta vel vnicaulis, vel multicaulis.

2. *Vnicaulis* eſt, quae ex vno fundo vnum caulem, ſiue caudicem profert.

3. *Multicaulis* eſt, quae ex eodem fundo plures caules fundit.

4. Vnicaules ſunt Braſſica, Lactuca, Lupinus, Faba, Beta, Atriplex, Ferula, Ferulago & omnes arbores:

5. Multicaulium alia biformiter multicaulis, alia ſimpliciter multicaulis eſt.

6. *Biformiter multicaulis*, quae diuerſae indolis caules profert, quorum vnus nudus, & flori tantum, ac ſemini gerendis inſeruit, ac interdum,

terdum, vbi breuior eſt, cauliculi, aut petioli tantum nomen meretur; Alter foliiis amictus per terram ſerpit, & ſicubi radices agit, nouum germen etiam ſurſum effert, quod cum priore plantam plurium fundorum conſtituit.

7. Plures utriusque generis caules promunt Viola martia, Viola canina, Piloſella ſerpens: At Fragaria caule vno folioſo & ramoſo florem & fructum gerit, reliquis prolixis folio raro amictis ſerpit, & radices agit.

8. *Simpliciter multicaulis* eſt, quae plures vno eiusdem indolis *fert caules*,

Et *folioſos* quidem, vt Artemiſia, Echium, Filipendula, Geranium, Filago, ſiue Gnaphalium, Marrubium, Millefolium, Paeonia.

Nudos vero: plantago.

Secundum quid nudos vid. c. 8. 8.

9. *Multicaulem* plantam ſaepe *ſimulat vnicaulis*,

Si vel non longe a fundo *ramoſa* ſit (praeſertim ſi coniugatim germinet) vt in Alſine, Conyza,

vel *in radice* transuerſa *fundi* ſibi inuicem ſint *propinqui*.

10. *Fruticoſa* planta dicitur, quae caulem habet ab imo ramoſum, praeſertim ſi perennis ſit:

Caulem ab imo ramoſum habent Satureia, Saluia, Ruta, Mercurialis.

(Scholion ex ſcheda quadam in B. hic reperta.)

Helenium ſiue Inula vaſtos facit frutices colum. ſpatio ſe fruticat Plin. (h. e. planta ramoſa eſt,) utrum ſit πολύκαυλος obſeruandum.

Forſan plures profert caules ex diuerſis radicis oculis.

Nam oculis e radice excisis ſeritur, teſte Colum. Plin. Pallad.

e propaginibus radicis Liliorum aut Ari modo ſeritur, Dioſc. 1. 26.

CAPVT VIII.

De differentia caulis a foliis.

1.

Planta *cauligera* vel *foliis* eſt *veſtita*, vel iis omnino deſtituta.

2. Foliis omnino *deſtitutam* noui *nullam*. Nam Dentaria, ἄφυλλος quae dicitur, imo Limodorum & Orobanche caulem habent foliolis amictum.

3. Quae

3. Quae foliis eſt amicta, vel *ſolo caule*, vel *ſola radice*, vel *vtroque modo* eſt *folioſa*.

4. Quae SOLA RADICE foliata eſt, h. e. ex ſolo fundo folia profert, *nudicaulis planta* dicitur, vti ſunt Taraxicum, Plantago, Piloſella, Bellis, Nymphaea, Sedum aquatile, Arum, Ranunculus Luſitanicus, Gramen polyanthemum, Plantago aquatica.

5. Maior pars plantarum VTROQVE MODO folia producit, veruntamen quaedam earum *ſecundo* vel *tertio* demum aetatis *anno caulem* faciunt, vti Cynogloſſum, Apium hortenſe, Verbaſcum, Sclarea, ſiue Horminum ſylueſtre.

6. Eae, quae *radice* ſunt *folioſae*, *caulem* plerumque *poſt folia* iſta radicis *proferunt*,

Idque vel *eodem anno*, vt Lapathum, Taraxicum, Plantago;

Vel *anno ſequenti* proximo, vt Paſtinaca, tam tenuifolia, quam latifolia; Bugloſſum Italicum, Anchuſa, Cynogloſſum;

Vel *tertio* demum, vt Apium hortenſe, (vulgo petroſelinum.)

7. Paucis quibusdam *caulis ante* ima haec *folia* enaſcitur, imo mareſcit rurſus, antequam folia iſta prodeant, vt in Tuſſilagine, Petaſite, & Scilla.

8. *Caulis ſecundum quid nudus* dici poteſt, qui foliis admodum eſt exilibus, & a caule non ſatis diſtinctis eſt amictus, vt in Tuſſilagine, Petaſite, Dentaria ἀφύλλῳ, Cotyledone prima, Pyrola vulgari.

9. *Caulis determinate foliatus* eſt, qui ex certa *diſtinctione* tantum folia profert,

Et ex *vnica* quidem in Anemone, Pulſatilla, Herba paride, Aconito hyemali;

Ex *duabus*, in Phthora (quae vulgo Thora dicitur,) Cotyledone altera, Auricula vrſi, Vnifolio.

10. Ophiogloſſum quoque *caule* eſt *nudo*, licet *caulis partem vagina folii incluſam* habeat, quia *folium* non e caule, ſed *fundo* enaſcitur.

11. Lunaria SOLO CAVLE *folium*, idque *vnicum* & *pennatum quaſi* gerit.

CAPVT IX.

De differentia caulis a germinatione.
Singulari 1. 2. 11.
Coniugata 3. &c.

1. Cau-

I.

Caulis vel ſigillatim *profert folia* (ſub quibus etiam ramaſtros complector) vel coniugatim.

2. *Sigillatim*, ſi e ſingulis caulis diſtinctionibus ſingula prodeant folia, itemque rami.

3. *Coniugatim*, ſi e ſingulis caulis diſtinctionibus vel bina, vel terna, vel quaterna, vel ſena, vel plura prodeant folia.

4. *Bina*, vt in Saluia, Vrtica, Valeriana, Fraxino, & in quam plurimis.

5. *Terna*, vt in Pſeudolyſimachia-caerulea, item purpurea, item in Lyſimachia vera, id eſt lutea.

6. *Quaterna*, vt in Cruciata.

7. *Sena*, vt in Galio, Rubia, Aparine, Mollugine, quo etiam videntur pertinere Iuniperus, Abies, Picea, Pinus, Pinaſter.

THEOREMATA.

8. I. Plantae quadrato caule praeditae omnes coniugatim, & biiugo ordine, & quidem alternatim proferunt folia, itemque ramos ex alis ſiue ſinubus, ſiue angulis, quos folium, aut pediculus folii cum caule conſtituit.

9. *Alternatim* dicuntur *pronaſci folia*, aut germina, vt rami, petioli: ſi ſuperioris paris oppoſitio, decuſſet quaſi, aut ad angulos rectos ſecet inferioris paris oppoſitionem.

10. II. Multae etiam plantae teretis & non quadrati caulis biiuga habent folia & germina, vt: Bugula, Brunella, Argemone.

11. III. Quae ſigillatim folia proferunt, ramos etiam ſigillatim promunt.

12. IV. Quae biiugam habent foliaturam, *biiuga* quoque *germinatione* fruuntur, hoc eſt; ramos biiugo ſitu ex eadem diſtinctione ſtipitis ſibi oppoſitos proferunt,

Excepta herba, quae Tabernaemontano Lactuca agnina, Dodonaeo Olus album dicitur.

Ea enim, cum *bina* e regione ſibi *oppoſita* producat *folia*, *ſingulares* tamen *ramos* emittit, ſimulque ita circa foliorum ſedem *inflectit ſcapum*, vt

nescias germen *utrum ramus*,
an *scapi continuatio* dicenda sit,
Nisi mauis dicere, herbam hanc ad primum foliorum e caule exortum terminare caulem, atque ita *sine scapo* esse,
quod vlteriori vel obseruationi, vel meditationi committimus.

Nonnullis herba ramea, quasi dichotomiae studiosa appellatur.

13. Admirabilis-Peruana *biiugo* quidem *situ* gerit folia, *sed ramos singulares*, idque *alternatim*, profert, h. e. ita, vt qui ordine sunt impares (puta primus, siue infimus, tertius, quintus, septimus) in eandem stipitis partem spectent, & rursus qui ordine pares (videlicet secundus, quartus, sextus) ex eiusdem lateris alis enascantur.

14. V. Quae *plura folia* ex eadem stipidis distinctione producunt, eaedem plures quoque *ramos* inde proferunt sed *non semper aeque numerosos*, aeque inquam, tum *foliorum*, tum *distinctionum respectu*; tales sunt Abies, Pinus, Pinaster, Iuniperus, Rubia, Aparine.

15. Spergula quamuis *videatur* vel *dena* ex eadem distinctione effundere folia, tamen *reuera*, vt binos ramos, ita *bina* quoque *folia*, *sed in quinas* inaequales *lacinias* profundit *scissa*.

CAPVT X.

Differentiae plantarum a duratione radicis 1. 4.
Stipitis 3. 6.
Foliorum 2. 5.

1.

Restibilis planta est, cuius *radix perennis* est, h. e. *per plures annos viuit*, vt: Cynoglossum, Vrtica maior, Corylus, Fagus, Filix, Acanthus.

2. Quaedam etiam *folia fundi*, siue radicis per hyemem retinent, vt: Pyrola, Cotyledon.

Item, quae *caule carent*, vt: Phyllitis, Polypodium, Scolopendrium, Adiantum.

3. *Perennis planta* est, cuius *caulis* siue stipes perennis est, vt: Ruta, Saluia, Quercus.

4. Non est autem perennis stipes, nisi radix quoque perennet.

5. *Semper virens planta* dicitur, quae *folia caulis* per hyemem retinet, vti sunt: Barbarea, Peruinca, Aquifolia, Buxus, Abies, Laurus, Ilex.

6. Planta

6. Planta perennis solo stipite folia gerens, si singulari sit stipite, *arbor*,

Si multicaulis, siue multistipes sit, *frutex* dicitur.

CAPVT XI.

De differentiis caulis a ramis & petiolis.

Caulis simplex 2.
ramosus 3.
ambigens 4.
Determinatus 5. capitulo 6.
spica 7. 8.
panicula 9.
umbella 10. 12. 15. 19.
corymbo 11. 16.
Indeterminatus 17.
Racemus 18.

I.

Caulis porro vel simplex est, vel in ramos divisus.

2. *Simplex*, vt in Taraxico, Bellide, Plantagine, Pulsatilla, Anemone, Nymphaea, Bistorta, Vincetoxico, Pyrola vulgari, Gramine Polyanthemo siue Pseudomolye.

3. *Ramosus*, vt in plerisque.

4. Inter simplicem & ramosum *ambigit* caulis *in umbellam* sparsus, vt in Primula veris, Auricula-vrsi; in quibus tamen caulis *petiolis* potius, quam ramis est *diffusus*.

5. *Caulis determinatus* est, qui extremitatibus, siue fastigiis stipitis flores & semina producit, ideoque vel in capitulum, vel in spicam siue thyrsum, vel paniculam, vel vmbellam, vel corymbum terminatur.

6. *Capitulum* est, quod constat ex pluribus floribus & seminibus arcte in *globosam*, aut circularem siue disci figuram congestis.

Globosam, vt in Cyano, Scabiosa, Iacea, Carduis &c.

In disci figuram, vt Bellis.

7. *Spica* est, quod ex floribus vel seminibus spisse compositum est, ita, ut conus erectus, sed oblongus, siue admodum acutus inde euadat, vt in Lysimachia purpurea, Verbasco, Plantagine, Luteola, Reseda, Bistorta, Secali, Hordeo, &c.

8. Peculiaris *ſpica* eſt *in Hyacintho, qui comoſus* dicitur, inferiori parte laxe ſitis floſculis, vt vix ſpicae nomen mereatur, media parte arctiſſime & petiolis non apparentibus, ſuprema denique in criſtam quaſi diſpanſis, & petiolis quidem caeruleo colore, obſoleti coloris floſculos antecellentibus.

9. *Panicula*, item *Iuba*, eſt ſpica laxe diffuſa, praeſertim propendentibus petiolis, vt in Panico, Milio.

10. *Vmbella* eſt extremitas caulis per multas ſubdiuiſiones in coni inuerſi figuram aptata, vt in Apio, Anetho, Fœniculo, & reliquis vmbelliferis,

11. *Corymbus* eſt extremitas caulis ita ſubdiuiſa, & floribus, aut fructibus onuſta, vt ſphaerica figura oriatur, vt in Hedera arborea, Sambuco aquatica, Cepa, Porro.

12. In quibusdam *vmbella terminatur capitulis* vt in Matricaria, Tanaceto.

13. Aliarum vmbellae terminantur ſingulis vel binis *floribus*.

14. *Quaſi-vmbella*, ſiue *imperfecta vmbella* dicitur, vbi coni inuerſi baſis non eſt ſatis plana, vt in Centaurio magno.

15. Vmbella plerumque eſt *erecta*, ſed interdum *pendula*, aut *nutans*, vt in Sambuco, Valeriana rubra.

16. *Corymbus* etiam *pendulus* in Sambuco aquatica.

17. *Caulis indeterminatus* eſt, qui petiolis a latere caulis prognatis flores & ſemen gerit, ideoque nullum extenſionis habet terminum, niſi quem hybernum frigus imponit.

18. *Racemus* eſt petiolus floribus aut fructibus ita onuſtus, vt ſpicam aliquam imitetur.

19. Ex *vmbelliferis* plantis paucae ſunt *ex toto biiugae germinationis*, vt Valerianae proprie dictae, Centaurium minus, ſiue Fel terrae, Ebulus, & Sambucus, quae pendulam proferunt vmbellam.

Reliquae fere omnes *inferiore* caulis parte *ſingulatim* proferunt folia & ramos; *ſuperiore* deinde caulis parte *primum biiugos* proferunt ſurculos, *tandem numeroſos ex eadem diſtinctione* ramulos, h. e. vmbellas, quibus flores, & *ad* ſingulos *flores bina ſemina* inhaerent, vt in Elaphoboſco, ſiue Paſtinaca latifolia, Leuiſtico, Apio, Ferula, &c.

CAPVT

CAPVT XII.

Sequuntur differentiae caulis per se spectati:
Angulosus 1-7.
Striatus 8.
Teres 9. 10.
Solidus, cauus 11-14.
Caudicis partitio 15. 16.

I.

Caulis vel angulosus est, vel teres.

2. *Angulosus* vel triquetrus est, vel quadrangulus, vel saepius angulosus.

3. *Triquetrus* est in Plantagine aquatica, Cypero, Gramine cyperoide, Papyro, Sanguisorba, Cirsio Dioscoridis, Moly triangulari.

4. Ad tringulum caulem etiam referri potest caulis, qui *ternis foliorum processibus*, praesertim spinosis *distinguitur*, vt: Carduus-Chrysanthemus.

5. *Quadrangulus* caulis est in Saluia, Mentha, Lamio, Marrubio, Rubia, Cruciata, & sexcentis aliis.

6. *Quinquangulus*, in Campanula, Polyacantha vulgari.

7. *Sexangulus*, vt in Pseudolysimachia purpurea trifolia.

8. Inter angulatos, & teretes *caules* ambigunt *striati*, vt in Siciliana.

9. *Caulis teres* siue *rotundus*, vt in Anagallide aquatica, Nummularia, & infinitis aliis.

Praesertim in bulbosis;

10. *Caulis teres inferiore parte euidenter crassior* est in Cepa.

11. Caulis item vel *solidus* est vel *cauus*,

& si cauus, vel medulla repletus, vel inanis,

& si inanis, vel totus inanis, vel in geniculis, siue nodis consolidatus.

12. *Caules caui absque nodis* sunt in Iunco, Gladiolo palustri siue Iunco floridò, Papyro Nilotica.

13. *Caules inanes* sed *geniculati* sunt in Arundine, Fœniculo, Gentiana, Filipendula aquatica, Frumentis, Graminibus.

14. *Caulis medulla repletus*, vt in Sambuco, Papyro.

C 3 15. In



15. In arboribus, & fruticibus caudex in *corticem*, *alburnum*, *lignum ſtricte dictum*, & *medullam* diuiditur.

16. *Medulla*, quae & *cor* dicitur, fere ſolidior eſt ligno, & lignum alburno, interdum contra ſe habet.

CAPVT XIII.

Floris definitio 1. 2. 3.
Et diſtinctio a perianthio 3.
flore apparente 4-9.

I.

Flos eſt pars plantae tenerior, colore, vel figura, vel vtroque inſignis, rudimento fructus cohaerens. (*)

2. *Fructus* autem dicitur vel *ſemen* vel *theca* ſeminis.

3. *Perianthium* eſt, quod florem tegit, ideoque craſſius eſt, minus inſigne flore ipſo. Dicitur etiam *calyx*.

4. Definitioni huic videtur obſtare Frumentum Turcicum, quod *flores a fructu prorſus disiunctos habet*, niſi forſan *flores fructui inſident* ſed immaturo, quod amplius obſeruandum; imo iam deprehendi flori fructum nonnunquam proxime ſubiectum, ſed minus vberem eo, qui caulis inferioribus inhaeret partibus.

5. Obſtat & Iuglans, nam iulus eius (ſiue amentum) flos magis videtur, quam criſta illa gemina quae fructus vmbilico inſidet.

6. Corylus, vti & Quercus flores profert purpureos.
Sed de arborum fructibus alias.

7. *Cymae* quaedam herbarum h. e. ſummi caulis folia *colore* quoque conſpicua ſunt, vt *videantur* huiusmodi plantae gemino ſe oſtentare flore, verum folia haec *flores non ſunt*,
tum quia reliquis foliis figura, & ſitu reſpondent,
tum quia fructui non cohaerent.

8. Cymae huiusmodi coloratae ſunt in Hormino ſatiuo ſiue Cretico, item in Milio ſyluatico, ſiue Pſeudoparietaria.

(*) De florum ſtructura, partibus, differentiis & vſu conf. pluribus *Linnaei* fundamenta botanica. IV. *Ludwigii* Inſtitut. regni vegetab. p. 132. & 187. imprimis vero, qui copioſis de hac plantae parte egerunt, *Iul. Pontederam* in Anthologia, & *Sebaſt. Vaillant.* de ſtructura florum. III. *Wolff. von den Theilen der Pflanzen* c. VII. vbi §. 258. ἀκρίβειαν noſtri autoris laudat.

9. Item e ſpica Stoechadis ſuprema folia quaedam purpurea aut caerulea eriguntur, quae *ligulas* vocat Cluſius.

CAPVT XIV.

De Perianthio.

Flos nudus 1. 2.
  Munitus perianthio quod vel 3. 4.
  I. Initio clauſum 5.
    Semper apertum 6.
  II. Proprium flori cuique 7. p.
    Commune floribus pluribus explicatis, nudis 7. f.
      veſtitis 8.
    nondum explicatis 9.
  III. Proprium flori
    Commune cum fructu (11.) flori cauo labiato 11. m.
      vniformi 11. f.
  IV. Simplex 13. Margine ſecto laciniis I. acutis 16. p.
      obtuſis 16. f.
      II. prolixis 17. p.
      breuiculis 17. f.
    Compoſitum 14. ex foliis iuxta ſe poſitis 14. p.
      ſibi arcte inſidentibus, vel ſquamis 14. f.
      imo cuſpide tantum disiunctis 15.
  V. Inferiore parte ſtrictius 19. p.
    turgidum - ſimplex 18. m.
      compoſitum 18. f.
  VI. Rotundum & teres 19. p.
    Striatum ſ. ſulcatum 19. f.
  VII. Magnum 20. p.
    Paruum 20. m.
    Mediocre 20. f.
    Ambiguus imitantibus perianthium neruis 21.
    (Ambigui ſimul ſtaminis ac ſtyli 22.)
      foliis exterioribus 23.

1.

F*los* vel nudus eſt, vel perianthio munitus.

2. *Flores nudi*, vt: Tulipae, Lilii, Martagi, Colchici, Croci, Polygonati, Sambuci, Fagopyri.

3. *Perianthio muniti*, vt Borraginis, Bugloſſae, Papaueris &c.

4. *Perian-*

4. *Perianthium* h. e. tegumentum floris aliud eſt ab initio clauſum, aliud ſemper apertum. (*)

5. *Ab initio clauſum* eſt, quod florem nondum explicatum totum inuoluit, & dehiſcens deinde eundem retegit, vt in Papauere tam vulgari quam corniculato, Capparide, Palma proprie dicta ſiue dactylifera, Lauro, Paeonia.

6. *Semper apertum*, vt in plerisque aliis.

7. Perianthium plerumque ſuum cuique flori proprium eſt.
Interdum etiam pluribus floribus idem *commune*,
quod dupliciter fit.

Primum, ſi *plures floſculi in vnum caput* ſint *compacti*, vt in Cyanis, Iaceis, Carduis & diſcifloris.

8. Scabioſa hoc habet peculiare, quod *praeter commune* capituli *perianthium quilibet floſculus ſuo* perianthio, *vtriculo* ſcilicet *crenato*, eſt veſtitus.

9. *Deinde* commune eſt *pluribus* floribus perianthium, videlicet *nondum èxplicatis*, vt in Palma dactylifera, & Lauro.

10. Perianthium aliud *flori cum fructu* commune, aliud *flori proprium*.

11. Commune, vt in iis omnibus plantis, quarum flos fructum complectitur, (ſiue quarum *flos ſedi fructus affigitur*,) vt in Spergula, item in *cauis* floribus, quibus nuda ſubſunt ſemina, ſiue *labiatis*, vt in Saluia, Marubio; ſiue *vniformibus*, vt in Buglоſſo, Lithoſpermo.

12. *Perianthium* eſt vel ſimplex, vel compoſitum.

13. *Simplex*, quod vtriculus eſt ſola lamina conſtans, vt in Saluia, Marubio, Lamio, Hyoſciamo, Nicotiana, Lychnidibus, Caryophillis, Geraniis, item perianthium cuiusque floſculi in Scabioſa.

14. *Compoſitum*, quod vel *foliis* pluribus *iuxta ſe poſitis* conſtat, vt in Cunigundina tam perfoliata, quam verbenifolia, item in Scabioſis, *capituli* perianthium.

Vel ex *foliis* aut *ſquamis*, *ſibi* inuicem *arcte*, & imbricatim *inſidentibus* eſt compactum, vt in Cyanis, Iaceis, Cinara & aliis Carduis.

(*) De Perianthio & Calyce vid. Cl. *Ludwigii* Inſtitut. regni vegetab. pag. 34. §. 99. Cl. *Linnaei* Element. botan. IV. Claſſ. Plantar. pag. 375. ſeqq. & laudatos de florum ſtructura in antecedente capite autores.

13. Folia

15. Folia ista interdum dimidia sui *parte*, *inferiore* scilicet, *sibi* inuicem *incumbunt*, *cuspide* vero a capitulo, & a se inuicem sunt *disiuncta*, vt in Cnico, Carduo benedicto, Carduo lanceolato.

16. Perianthium *simplex* plerumque in *margine* est *in lacinias sectum*.

Vel *acutas*, vt in Saluia, Lamio,
Vel *obtusas*, vt in Nicotiana minore siue vulgari.

17. Perianthium vel *profunde* sectum est, in prolixas scilicet lacinias,

Vel *minus profunde*, in breuiculas, vt in Othonna, siue flore Tunetano.

18. Perianthium plerumque *inferiore parte strictius*,

Interdum etiam *ventrosum* quasi, & *turgidum*, quale est *simplex* perianthium in Geraniis, Ocymoide, Vaccaria:

Compositum in Cnico, Carduo benedicto, Carduo lacteo siue Mariae.

19. Perianthium aliud *rotundum*, & *teres*, vt in Caryophillis, Narcissis:

Aliud *striatum*, siue *sulcatum*, vt in Othonna, siue flore Tunetano.

20. Perianthium aliud *magnum* floris respectu, vt Nicotiana minore, Saluia;

Aliud *paruum*, vt in Digitali, Nicotiana maiore;
Aliud *mediocre*, vt in Othonna.

21. *Inter nudos*, & perianthio *vestitos flores ambigunt* flores Cucurbitarum, & Peponum:

Viridibus enim quibusdam siue *neruis* (siue *dorsis*, siue *strigibus*) a fundo ad marginem tendentibus variantur, quorum nonnulli (nerui) infra mediam floris partem a flore quasi auulsi *speciem perianthii angustifolii* exhibent.

22. (Peculiare quid etiam in iisdem floribus obseruatur, quod inferiores partes aliquid *inter stamen & stilum ambigens*, vel ex *stamine*, *& stilo confusum* obtinent.)

23. Ambigunt etiam inter nudos & vestitos, Ficus Indicae (Tunae) flores; nam *exteriora folia* tribus quasi ordinibus, *tum obsoleto colore*,

tum paruitate a genuinis *foliis floris differunt.* Extima enim ſunt admodum parua, & exteriore praeſertim ſuperficie obſolete-purpurea, ſiue ferruginea; proxima plus citrini coloris admixtum habent, & maiora ſunt; quae tertia in ſerie, parum de ferrugineo colore retinent & ad magnitudinem genuinorum propius accedunt.

CAPVT XV.

Flos perfectus 2.
licet ſtamineus dicatur 6.
Imperfectus 3.
Stamineus 4.
Iulus quercus & iuglandis 5.
Stilo carens 7.

I.

Flos alius perfectus eſt, alius imperfectus.

2. *Flos perfectus* eſt, qui folio, ſtaminibus, & ſtilo conſtat, quamuis ſtilus rudimento fructus cohaeret.

3. *Flos imperfectus* eſt, qui harum partium aliqua caret.

4. *Flores ſtaminei* dicuntur, qui ſolis ſtaminibus conſtant, aut ſtaminibus & ſtilo. Tales flores ſunt in Vlmo, Typha, Gramine typhino, Secali, Populo nigra, Sanguiſorba, Cirſiis Cluſii.

5. *In Quercu iulus* (Dreſp.) ſtaminibus conſtans antecedit *floſculum* purpureum, qui rudimento fructus coniungitur.

In Iuglande quoque *iulus*, nihil eſt, niſi florum ſtamineorum ſeries;

Tres arcuatae *cuſpides*, quae rudimento fructus inhaerent, colore *titulum floris non merentur.*

6. Sunt quidam *flores falſo ſtaminei dicti*, vti Iaceae, ſiue Aphyllanthis, Scabioſae, Matricariae, Chryſantemi; capitula enim, & diſci harum plantarum fiſtuloſis floribus ſunt conſarcti.

7. In nonnullis quoque *ſtilus deeſt*, vt: in Iride, Tulipa, Papauere; habent tamen hae ſuccedaneum aliquid ſtili.

CAPVT

CAPVT XVI.

- Flos perfectus
  - Simplex §. 2.
    - I. §. 2. Cauus fistularis
    - II. §. 3.
      - Vniformis §. 4. 7.
        - I. Figurae Tornatilis
          - Vere §. 1.
          - Quasi 6. ob
            - Plicas
            - Strias
            - Fissuras
        - II. Margine superiore.
          - Integro 8. p.
          - Fisso in Lacinias 8. f. 11.
            - I. Profundas vt Flos compositus
              - Videatur 9.
              - Euadat 10.
            - II. Numero
              - Tres
              - Quatuor
              - Quinq;
              - Sex.
                - §. 12. Considerand. an Compositi potius.
            - III. Figura 13.
              - Angulatas 14.
                - Acute
                - Obtuse
              - Rotundas 15.
          - Vniformiter tereti.
          - Variata
            - Plicis 17. p.
            - Striis 17. f.
              - Angulosis 18. p.
              - Rotundis 18. f.
                - Simpliciter
                - Conuexas
                - Sinuatas
                - Fissas.
        - Tunica 16.
      - Difformis c. XVII.
  - Compositus c. XVIII.

I.

F*los* perfectus alius simplex est, alius compositus.

2. *Simplex* est, qui vnica lamina, siue bractea, siue folio contiguo (annon? continuo) constat, quod fere semper cauum, aut fistulare est.

Eius *inferior pars*, qua perianthio affigitur, quae angustior fere est & albida, *vnguis* dicitur.

3. Flos simplex alius vniformis est, alius difformis.

4. *Vniformis* est, qui terminos duarum dimensionum inter se similes habet; siue, qui dextrum sinistro, & anterius posteriori simile, superius vero inferiori dissimile obtinet; siue qui figura quasi tornatilis est.

Definitio Geometrica.

5. *Tornatilis* autem *figura* eſt, quae oritur plana figura ſuper vno latere rectilineo quieſcente in orbem mota, ſiue rectilinea ſit mota figura, ſiue mixtilinea.

6. Dixi *quaſi Tornatilis figura*, quia ſi plicae, ſtriae & fiſſurae accedant, figura tornatilis eſſe deſinit.

7. Vniformes ſimplices flores ſunt in Conuoluulo, Bugloſſo, Borragine, Hyoſcyamo, Tabaco &c.

8. *Flos vniformis margine ſuperiore* vel integro eſt, vel in lacinias fiſſo;

Integro, vt in Conuoluulis;

Fiſſo, vt in Bugloſſo, Tabaco.

9. Si profundae ſint fiſſurae, ſaepe *compoſitum florem ſimulat*, ſed diſcernitur ab eo, quod totus decidit, vti flores Borraginis, Bugloſſi, Sambuci, Cyclaminis.

10. Fieri poteſt, vt flos *ſimplex ſciſſus*, ſenſim aucta figura *in compoſitum degeneret.*

11. *Fiſſi flores* vel numero laciniarum differunt, vel figura.

12. Numero, vt *tribus laciniis fiſſi* ſunt pauciores, vt in Caſia Poëtica, Phalangio Virginiano, Sedo-aquatico:

Quatuor laciniis plures ſecti ſunt, vt flores Leucoii, Braſſiacae, Rapiſtri;

Quinque & ſex laciniis diſtinctum marginem habet maior florum pars;

An *e quatuor, quinque, ſex foliis compoſiti ?*

13. Ob figuram laciniae ſunt vel angulo terminatae vel rotundae.

14. *Angulo terminatae* vel *acutae*, vt in Borragine;
vel *obtuſae*, vt in Hyoſcyamo.

15. *Rotundae* vel *ſimpliciter conuexae*, vt in Bugloſſa;
vel *ſinuatae*, vt in Primula veris, Ciſto;
vel *fiſſae*, vt in Alſine.

16. Porro *flos vniformis tunica* eſt vel *vniformiter tereti*, vel plicis aut ſtriis *variata.*

17. *Plicis*, vt flos Conuoluoli; *ſtriis*, vt in Campanula.

18. *Plicae* porro vel *anguloſae* ſunt, vt in Conuoluolo;
vel *rotundae*, vt in aliis.

CAPVT

CAPVT XVII.

Flos simplex difformis §. 1. 2.

Fistulatus 3. 6. 13. 14.
  Semifistularis 3.
  Labiatus 4. Labio.
    I. Vno, inferiore 6. p.
      superiore 6. f.
    Vtroque 7.
      II. 8. Superiore repando 9. } dicitur galeatus, cucullatus, galericulatus.
        conuexo 10. }
      III. 11. Integro
        Scisso in lacinias I. Conuexas
          Repandas tres 12.
          II. Sinuosas
          Angulatas
  Corniculatus 13.
  Aliter difformis 2. Considerandae enim & aliae partes 14. Alae
    Cristae
    Brachia
    Fimbriae
  Plane singularis 15. Cirri.
Partes habet peculiares labiatus, labia.
  galeatus, galeam 10.
  corniculatus, corniculum 13.
  alias, alas, cristas &c. 14.

I.

Flos *simplex difformis* est, qui vnius tantum dimensionis terminos inter se similes habet, h. e. cuius non superiora tantum ab inferioribus, sed & anteriora a posticis discrepant, vti sunt: Lamii, Marrubii, Saluiae.

2. Flos simplex difformis est vel semifistularis, vel labiatus, vel corniculatus, vel aliter difformis.

3. *Semifistularis* est, qui fistula superius oblique resecta constat, vt in Aristolochia, item in simplicibus floribus, ex quibus capitulum Cardui chrysanthemi constat.

4. *Labiatus* est, cuius fistulae superior pars in labia quasi terminatur.

5. Labiatus flos vel *vno labio* constat, vel *duobus*.

 6. Qui

6. Qui *vno*, vel *inferiore* siue *exteriore tantum praeditus* est, vt in Chamaepity altera Dodonaei, siue Chamaedry laciniata Lobelii; Teucrio vero tam communi, quam Baetico: (Teucrium pratense non est Teucrium, sed Veronicis potius annumerandum.)

vel *superiore*, siue *interiore tantum labio* constat, vt in Acantho satiuo.

7. *Vtroque labio constat* maior pars florum labiatorum, vt in Lamio, Saluia, Napello, Delphinio &c.

8. Deinde *labium superius* siue *interius* vel repandum est, vel deorsum reflexum, siue conuexum.

9. *Repandum*, siue *sursum reflexum* est, quod conuexam faciem, siue superficiem alteri labio obuertit, vt in Chamaecisso, Lamio tertio Pannonico Clusii; item in Lamio primo Pannonico Clusii, h. e. Lamio melissifolio Casparis Bauhini.

10. Labium *deorsum reflexum*, hoc est: cauitatem inferiori siue exteriori labio obuertens frequentius est; vnde labium huiusmodi *galea*, *cucullus*, *galericulus*, & *flos* ipse *galeatus*, *cucullatus* & *galericulatus* dicitur.

11. Tertio *labium* aliud *integrum* est, aliud *scissum in lacinias*, easque vel *conuexas*, vel *sinuosas*, vel *angulatas*.

12. Labium Acanthi *in tres conuexas* (repandas an potius, considerandum ponit margo A.) scissum est.

13. *Corniculatus flos* est flos cauus, qui partem aliquam corniculo similem superiori parti fistulae suae annexam habet, h. e. cauam & rotundam partem, quae in cuspidem non peruiam desinit, vt in Linaria, tam communi, quam valentina, in Delphinio siue flore regio, in Impatiente, in Balsamina faemina.

14. Sunt & aliae partes fistulatorum difformium florum, vt alae, cristae, brachia, fimbriae, cirri, quae in Delphiniis, Orchibus, Satyriis, Aconitis porro consideran dae sunt.

15. Inter *difformes simplices* plane *singularis* est, qui Calceolus Mariae dicitur.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Flos compositus
  secundum quid 2. ex foliis quasi planis 4.
    figura ac situ similibus 3. tribus 5.
      quatuor 6.
    diuersis 7.
  foliis & corniculis 8.
  calice 9.
absolute ex flosculis cap. XIX.

I.

Flos compositus alius secundum quid, alius absolute compositus est.

2. *Flos secundum quid compositus* est, qui folium, siue ambitum tantum habet compositum, ideoque saepe a flore simplici laciniato non ita prompte discernitur.

3. Flos secundum quid compositus,

Vel *ex meris planis foliis*, figura ac situ *similibus* (simillimis habet B,) est compositus, vti flos Tulipae, Lilii, Rosae simplicis siue non plenae, siue syluestris; Alsines, Leucoii, Rapistri.

4. *Folia plana* hic voco, quae non sunt fistulosa, aut concaua, plerumque autem folia haec plana *non nihil cauata* sunt; saepe *extrorsum reflexa*.

5. *Foliis tribus* constant flores Plantaginis aquaticae, Morsus ranae. Confer fissos flores c. 14. (XVI, 12.)

6. *Foliis quatuor*, flores Rapistri, Violae matronalis, Chamaedryos syluestris, siue Teucrii pratensis, Teucrii quarti Clusii, Veronicae fruticaulis Clusii.

7. *Ex foliis planis, meris*, sed figura ac situ *diuersis* compositus est, flos vt Iridum, Gladioli, Genistae, Arboris Iudae, Pisorum, aliorumque leguminum.

Item in vmbelliferis plantis, saepe exteriora folia florum interioribus maiora.

8. *Ex foliis quasi planis, & corniculis*, vt in Aquilegia, Consolida regali siue Delphinio, Nasturtio Indico, Aconito corniculato, &c.

9. *Ex foliis quasi planis, & calice*, vt: Narcissi.

CAPVT

CAPVT XIX.

Flos abſolute, i. e. ex floſculis compoſitus
eſt vel diſcus 9. f. I. ex floſculis 2. perianthio veſtitis 5.
nudis 6.
II. Radiatus, foliis marginalibus 9. p. 10.
planis, 11. frontatis, quaſi parallelogrammis 12.
cuſpidatis 13.
concauis 14.
nudus (nudo margine) 8.
capitulum oblongius cap. XX, 1-12.
Spica compreſſior cap. XX, 13.

1.

Flos abſolute compoſitus eſt, qui ex pluribus floſculis eſt compoſitus.

2. Ex *floſculis*, inquam, qui non tantum *folio*, ſiue bractea colorata, verum etiam vel ſtaminibus, vel ſtylo ſaltem conſtant, ut ſinguli ſingulis fere ſeminibus cohaereant.

3. Flos abſolute compoſitus vel Diſcus eſt,
vel capitulum oblongum,
vel ſpica compreſſior.

4. *Diſcus* vel ex nudis ſiue ſolis floſculis conſtat, vel ex floſculis *perianthio* veſtitis.

5. Ex *veſtitis floſculis* conſtans diſcus non, niſi in Scabioſis, (complectimur ſub his etiam Succiſam ſiue Admorſam) quod ſciam hactenus eſt repertus.

6. *Ex nudis* floſculis reliquorum diſci fere omnes.

7. Deinde diſcus vel nudus eſt, vel radiatus.

8. *Diſcus nudus*, vt in Tanaceto, Abrotano foemina.

9. *Diſcus radiatus*, cuius exteriora folia, quae marginem quaſi floris conſtituunt, prolixiora, & diſperſiora ſunt reliquis, quae diſcum efformant. *Diſcus* enim eſt, quod ex floſculis pluribus compreſſis & confertis ita componitur, vt vnam quaſi apparentem ſuperficiem conſtituat.

10. Margo ille conſtat foliis vel quaſi planis vel concauis.

11. *Folia quaſi plana marginis*, ſunt vel frontata & quaſi parallelogramma, vel cuſpidata.

12. *Frontata* vel ſunt integra; vel *crenata* fronte, vt in Chryſantemo latifolio Dodonaei.

13. *Folia*

13. *Folia marginalia plana, cuſpidata*, vt in Ptarmica Auſtriaca Cluſii; Aſtere primo Cluſii.

14. *Folia marginalia concaua*, vt in Cyano, Staebe Salamantica ſecunda, Scabioſa.

CAPVT XX.

Capitulum oblongius, ſiue flos natura (ſiue ſecundum ſpeciem) plenus 1. 2.
ex floſculis, foliaceus, planis 4 - 6.
fiſtularis, fiſtularibus ſolis 10. ſimilibus
diſſimilibus 2.
& planis marginalibus floſculis 11. 2.
foliis 12.
Partes capituli verae, floſculi meditullii,
plani 5. & horum ſtilus 5. frons 6.
fiſtulares 8. & horum pediculus, crater, ſtilus, ſtili cornua, ligula, ſeu fiſtula ſtili.
Spica arcte compreſſa 13.

1.

Capitulum oblongius etiam *flos natura plenus*, ſiue *ſecundum ſpeciem* plenus dici poteſt, h. e. qui (annon? cuius meditullium) ex eiusdem figurae floſculis conſtat.

2. Dico floſculis eiusdem figurae conſtare meditullium capituli, excludens nimirum marginales, vt in Cyano maiore *marginales floſculi* duplo longiores ſunt, interioribus & caerulei & (*a*) concaui, cum *interiores* purpurei, & ſtamina in fiſtulam coalita, & intra eam fiſtulam ſtilum contineant.

(*a*) vide Monend. n. XXV, 6.

3. Eſtque vel foliaceus, vel fiſtularis.

4. *Foliaceus*, ſiue *planifolius* eſt, qui ex floſculis quaſi *planis*, in aliquot gyros diſpoſitis confarctus eſt.

5. *Floſculi hi* plerumque ſunt folia oblonga, frontata, ſtilo bicorni affixa, ſingulis ſeminibus inſidentia; ita, vt interiora exterioribus ſemper ſint breuiora.

6. *Frons* autem horum foliolorum plerumque crenata eſt, vt in Taraxico, Sonchis, Cichoreis, Hieraciis, Scorzonera, Tragopogone.

7. *Fiſtularis flos natura plenus* eſt, qui ex pluribus concauis floſculis *ſimilibus*, ſiue eiusdem figurae, ſiue ſimiliter figuratis conſtipatus eſt.

8. *Flosculi illi*, qui *perperam* a nonnullis *stamina* dicuntur, (*b*) inferiori parte in prolixum, candidum quasi *pediculum* desinunt, quo seminibus singulis cohaerent, habentque plerumque oram supremam, siue craterem, in lacinias aliquot sectum; E singulis quoque prominet *stilus* aliquis, (bifidus plerumque) qui peculiari fistula colorata, quam *ligulam* quidam vocant, vsque ad apicem, siue *cornua* vestitus est.

(*b*) supra XV, 6.

9. *Fistularis flos*, siue *fistulaceum capitulum*, vel solis concauis, siue fistularibus *flosculis constat*, vel insuper marginalibus.

10. *Ex solis fistularibus;* ita florent jaceae, & Cardui plerique, vt Lanceolatus; item Petasites.

11. Simul & *discum*, siue meditullium *ex fistularibus*, & *marginem ex planis* foliolis (annon? Flosculis? ita enim §. 9. postulat, etiam §. 4. item 2. adstipulantibus) *compositum habent*, vt Carlina, tam humilis, quam cauligera, item Carlina siluestris, item Chamaeleon albus.

12. Reliqui marginalia folia habent plana, vt Iacobaea, Virga aurea, Helenium, Calendula. Num. 11. & 12. Si marginalia folia, qui flosculi non sint, nulli inueniuntur, vt de Iacobaea Schedae auctoris iam obseruarunt, facile emendaueris ita: 11. Reliqui *marginalia folia* habent *plana*, h. e. *Simul & discum* siue meditullium *ex fistularibus*, *& marginem ex planis flosculis compositum habent*. 12. Vt Carlina &c. usque ad - albus. Item Iacobaea &c. usque ad Calendula.

13. *Spica arcte compressa* etiam flori absolute composito accenseri potest, qualis est in Bistorta.

CAPVT XXI.

DE FLORE PER ACCIDENS PLENO SEV MVLTIPLICI.

Flos multiplex, siue per accidens plenus fieri
nequit ex quibusdam 4. Nudis floribus
Labiatis floribus
Leguminaribus.

I. Multiplicans floris non absolute compositi laminam 2. Fistulatam
Corniculatam
Calycatam
Foliorum ambitum 3.
absolute compositi folia marginalia, fistularibus disci obliteratis 4.

II. Ha-

II. Habet interiora communiter minora
peculiariter non minora 7.
III. Caulem qui floris vmbilicum non transit,
transit. Proliger 6.

1.

F*los per accidens plenus* est, cujus pars foliacea ob culturam, vbertatem soli, aliudue accidens multiplicata, vnde *flos* vel *duplex*, vel *triplex*, vel *saepius multiplex*, respectu naturalis siue simplicis floris dicitur. (*)

Quod si *lamina vnica flos non plenus* (annon? aut pars eius) constet, in *pleno* lamina aliquoties iterata est, ita, vt prima secundam, secunda tertiam, includat; vti fit in floribus
vel *Fistulatis*, vt Stramoniae,
vel *Corniculatis*, vt Aquilegiae.
vel *Calicatis*, vt Narcissi;

2. Sin *ex pluribus foliis compositus* sit *floris ambitus*, gyri foliorum repetuntur, vt in Rosa, Ranunculo, Anemone, Papauere, Caryophyllo, Leucoio, Paeonia, Colchico, Croco, Caltha, Melanthio.

3. Si *disciformes flores* fiant *pleni*, folia quasi plana, siue Marginalia multiplicata expellunt quasi, & obliterant flores fistulares medii disci siue *Vmbonis*, atque ita *similes* reddantur hi flores floribus *mere Foliaceis*, vt in Matricaria, Calendula.

THEOREMA.

4. Quidam flores *ad plenitudinem cultura perduci nequeunt*, vt: Tulipae, Lilia, Hyacinthi, Irides, qui omnes sunt nudi flores. Item Labiati flores, item Leguminares. (**)

5. *Flos proliger* dicitur, vbi Caulis umbiculum floris transit, & alium florem minorem gerit, vt in Ranunculis, Calendulis, Leucoiis; (***)
Plantago *alio sensu prolifera dicitur*.

6. Melanthium *pleniflorum* hoc *peculiare* habet, quod *interiora*, siue superiora *Folia non* sunt *minora*, aut breuiora, *exterioribus* siue inferioribus.

(*) Hosce flores recentiores *monstrosos* dici malunt. *Linnaeus* Fundament. botan. IX. 309. VI. 121. *Royen* Flor. Leyd. Prodr. qui peculiarem inde hortum constituit.

(**) Habemus tamen exemplum in Genista Hispan. iunc. flor. luteo, pleno. De Tulipis, Liliis, etiam aliis aliud docet experientia recentior.

(***) Scabiosam etiam peregrinam, capitulo oblongo, variegalo H. R. P. aluimus *proliferam* in nostro hortulo, hoc ipso anno.

8. *Flosculi illi*, qui *perperam* a nonnullis *stamina* dicuntur, (*b*) inferiori parte in prolixum, candidum quasi *pediculum* desinunt, quo seminibus singulis cohaerent, habentque plerumque oram supremam, siue craterem, in lacinias aliquot sectum; E singulis quoque prominet *stilus* aliquis, (bifidus plerumque) qui peculiari fistula colorata, quam *ligulam* quidam vocant, vsque ad apicem, siue *cornua* vestitus est.

(*b*) supra XV, 6.

9. *Fistularis flos*, siue *fistulaceum capitulum*, vel solis concauis, siue fistularibus *flosculis constat*, vel insuper marginalibus.

10. *Ex solis fistularibus;* ita florent jaceae, & Cardui plerique, vt Lanceolatus; item Petasites.

11. Simul & *discum*, siue meditullium *ex fistularibus*, & *marginem ex planis* foliolis (annon? Flosculis? ita enim §. 9. postulat, etiam §. 4. item 2. adstipulantibus) *compositum habent*, vt Carlina, tam humilis, quam cauligera, item Carlina siluestris, item Chamaeleon albus.

12. Reliqui marginalia folia habent plana, vt Iacobaea, Virga aurea, Helenium, Calendula. Num. 11. & 12. Si marginalia folia, qui flosculi non sint, nulli inueniuntur, vt de Iacobaea Schedae auctoris iam obseruarunt, facile emendaueris ita: 11. Reliqui *marginalia folia* habent *plana*, h. e. *Simul & discum* siue meditullium *ex fistularibus*, *& marginem ex planis flosculis compositum habent*. 12. Vt Carlina &c. usque ad - albus. Item Iacobaea &c. usque ad Calendula.

13. *Spica arcte compressa* etiam flori absolute composito accenseri potest, qualis est in Bistorta.

CAPVT XXI.

DE FLORE PER ACCIDENS PLENO SEV MVLTIPLICI.

Flos multiplex, siue per accidens plenus fieri
nequit ex quibusdam 4. Nudis floribus
Labiatis floribus
Leguminaribus.

I. Multiplicans floris non absolute compositi laminam 2. Fistulatam
Corniculatam
Calycatam
Foliorum ambitum 3.
absolute compositi folia marginalia, fistularibus disci obliteratis 4.

II. Ha-

II. Habet interiora communiter minora
peculiariter non minora 7.
III. Caulem qui floris vmbilicum non transit,
transit. Proliger 6.

1.

F*los per accidens plenus* est, cujus pars foliacea ob culturam, vbertatem soli, aliudue accidens multiplicata, vnde *flos* vel *duplex*, vel *triplex*, vel *saepius multiplex*, respectu naturalis siue simplicis floris dicitur. (*)

Quod si *lamina vnica flos non plenus* (annon? aut pars eius) constet, in *pleno* lamina aliquoties iterata est, ita, vt prima secundam, secunda tertiam, includat; vti fit in floribus

vel *Fistulatis*, vt Stramoniae,
vel *Corniculatis*, vt Aquilegiae.
vel *Calicatis*, vt Narcissi;

2. Sin *ex pluribus foliis compositus* sit *floris ambitus*, gyri foliorum repetuntur, vt in Rosa, Ranunculo, Anemone, Papauere, Caryophyllo, Leucoio, Paeonia, Colchico, Croco, Caltha, Melanthio.

3. Si *disciformes flores* fiant *pleni*, folia quasi plana, siue Marginalia multiplicata expellunt quasi, & obliterant flores fistulares medii disci siue *Vmbonis*, atque ita *similes* reddantur hi flores floribus *mere Foliaceis*, vt in Matricaria, Calendula.

THEOREMA.

4. Quidam flores *ad plenitudinem cultura perduci nequeunt*, vt: Tulipae, Lilia, Hyacinthi, Irides, qui omnes sunt nudi flores. Item Labiati flores, item Leguminares. (**)

5. *Flos proliger* dicitur, vbi Caulis umbiculum floris transit, & alium florem minorem gerit, vt in Ranunculis, Calendulis, Leucoiis; (***)

Plantago *alio sensu prolifera dicitur.*

6. Melanthium *pleniflorum* hoc *peculiare* habet, quod *interiora*, siue superiora *Folia non* sunt *minora*, aut breuiora, *exterioribus* siue inferioribus.

(*) Hosce flores recentiores *monstrosos* dici malunt. *Linnaeus* Fundament. botan. IX. 309. VI. 121. *Royen* Flor. Leyd. Prodr. qui peculiarem inde hortum constituit.

(**) Habemus tamen exemplum in Genista Hispan. iunc. flor. luteo, pleno. De Tulipis, Liliis, etiam aliis aliud docet experientia recentior.

(***) Scabiosam etiam peregrinam, capitulo oblongo, variegalo H. R. P. aluimus *proliferam* in nostro hortulo, hoc ipso anno.

CAPVT XXII.

De Staminibus floris.

Floris partes interiores I.

STAMINA,

Vere talia, quae sunt I. ratione partium
Pediculo Libero 3. I. tereti 5. I. tenui
crassiusculo.
II. Recto
curuo, latente sc. in labio floris
vnifolii superiore 6. f.
compositi inferiore 7.
III. 8. Glabro
Hirsuto 8.
IV. 10. Simplice 10.
Ramoso
Latiusculo 4. f.
II. Insistente floris foliosae parti 3. 21. p.
Fructus rudimento 21. f.
Annexo ad floris ambitum I. (23. 2. f.) Imum.
Medium.
II. Se toto 3. p.
denticulis inter capitula 3. f.
Sui parte 21. m.
Capitulo I. croceo
nigricante 7. &c.
II. aptato ad pediculum longitudinis parte (18.) media
quasi media
extrema.
Situ transuerso angulis 17. p. rectis
obliquis
directo 19. p.
libero
constituente fistulam stili cum reliquis 19. m.
in Simplicibus
Compositis
Capitulatis 19.
Discifloris 19. f.
II. ratione magnitudinis
Æqualia 9. p.
Inaequalia 9. f.
III. ratione numeri
Foliis (II.) paria, quinque 13.
imparia, multipla, dupla, octona 12.
pluries quam tripla flos staminosus 16.
Submultipla. Subdupla. Tria 15.
Subtripla. Tria 14.
Staminum vicarium
Foliolum stilum inuoluens 20.

STILVS cap. XXIII.

I. Re-

I.

Restant partes floris interiores, Stamina (*) ſcilicet & Stilus.

2. *Stamina* pediculo conſtant & capitulo.

3. *Pediculi Staminum liberi* plerumque ſunt, & ima tantum ſui extremitate folioſo ambitui floris adnati: (*a*)

(*a*) Repeirtur hoc 21. p.

Interdum toti eidem *affixi* ſiue cohaerentes, vt in Symphyto maiore, Lithoſpermo, Polygonato;

Et dum *Denticuli* quidam albidi luteis *ſtamiuum Capitulis* quandoque interponuntur, vt in Symphyto maiore. *b*)

(*b*) Sequantur ex §. 21. cetera: vel parte aliqua &c. vsque ad finem.

4. *Pediculi* Staminum liberi plerumque *teretes* ſunt,

Raro *latiusculi*, vt in Ornithogalo albo maiore.

5. Pediculus teres vel tenuis vel craſſiusculus eſt.

6. Pediculus item alius *rectus*,

alius *curuus*, vt in Labiatis floribus.

Latent enim Stamina in labiis florum Labiatorum, ideoque curuitatem eorum imitantur,

Et *in ſuperiore* quidem *labio latent*, ſi flores ſint *Labiati vnifolii*, ſiue incompoſiti, vt in Saluia, Lamio, Sclarea.

7. *In inferiore* autem labio latent, ſi flos ſit Labiatus compoſitus, h. e. *Leguminaris*, vt in Piſo, Faba, Galega, Colutea tam Veſicaria, quam Scorpioide, Arbore Iudae.

8. *Staminum pediculi* porro plerumque *glabri* ſunt;

Interdum *hirſuti*, vt in Blattaria.

9. *Stamina* fere *inter ſe aequalia* ſunt;

Interdum *inaequalia*, vt in Napello, Colutea-Scorpioide.

10. *Staminum pediculi* fere ſemper *ſimplices* ſunt;

In Lauro *ramoſi*.

11. *Staminum numerus* plerumque foliis aut laciniis ambitus reſpondet, ita vt vel aequalis ſit, vel multiplus, vel ſubmultiplus.

12. In Rutae flore *quaterna folia*, *octona ſtamina*:

13. In Ceruicariae flore campaniformi *quinque laciniae*, ſiue cuſpides, intus in fundo *quina ſtamina*.

(*) De ſtaminibus conf. recentiores, *Pontederam* in Anthologia Libr. I. c. 28 ſeqq. *Ludwigium* in Inſtitut. regn. vegetab. P. I. c. 2. p. 3. P. II. c. 6. §. 468. p. 193. ſeq. Item *Linnaeum* in Methodo ſexuali ſ. Gener. plant.

14. In Iride *ter tria* sunt *folia, tria* item *stamina:* conf. XXIII. 8.

15. In Gladiolo Italico *terna stamina*, *folia sena*, quorum terna sibi inuicem similia.

16. *Staminosus Flos* dicitur, qui stamina habet copiosa, qualis est in Fragaria, Ranunculo, Cappare.

17. *Capitula staminum* fere *crocea* sunt,
Interdum *nigricantia*, vt in Borragine, Tulipa.

18. Eadem vel *ex medio longitudinis suae aptata* sunt *pediculo suo*,
vel *quasi medio*,
rarius *extremo*, vt in Tulipis, Iridibus.

19. *Staminum capitula* plerumque ita sita sunt, vt longitudo cuiusque *ad longitudinem pediculi sui* sit transuersa, h. e. *angulos* cum ea vel *rectos* vel *obliquos constituat*.

20. Est & vbi longitudo capituli, longitudini pediculi *directim quasi sita* est, vt in Tulipis.

21. Imo sunt flores in quibus staminum capitula pediculis directim sita lateribus inter se coëunt, vt *fistulam* quandam *constituant*, in qua stilus ita includatur, vt extima tantum parte promineat,
vt in Borragine, Solano, Dulcamara:

Denique in omnibus *flosculis capitula* florea *constituentibus*, vt in Eupatorio vulgari, siue Cunigundina prima Tabernaemontani, Eupatorio aquatico tam perfoliato, quam Verbenifolio, Agerato, Centaurio maiore, Scabiosis, Cyanis, Iaceis, Stœbis, Carduis;

Item in flosculis *discos floreos constituentibus*, vt in Flore Solis, Enula siue Helenio, Ptarmica, Millefolio, Tanaceto, Absinthio.

22. Interdum loco staminum est *foliolum* aliquod *oblongum fronte* in aliquot quasi staminum petiolos *scissa*, quod *complicatum* fistulae instar, *stilum inuoluit*.

Tale foliolum, staminum vices gerens, latet in inferiore, siue carinato labio floris Galegae.

23. Staminum petioli vel ima *extremitate* sua cohaerent *fundo floris*,

Vel *parte*, aliqua *sui interiori* superficiei foliosae *parti sunt annexi*, vt in Digitali, & Lamiis nonnullis.

Quidam etiam protuberanti *fructus rudimento*, diuersa eius altitudine, *insistunt*, vt in Ranunculis, Anemonis, item Maluis aliquo modo.

CAPVT

CAPVT XXIII.

De ſtilo floris.

STILVS
Vere talis 9. 1. 9. Etymologia 1. f.
Sedes 3. alia quam Foliorum 2. p.
Staminum 2. f.

I. Eſt flori vnus 4. p.
Sunt plures. bini 5.
terni 6.
quini 7.

II. Terminatur 9. cuſpide 10. p.
cono 10. m.
globulo 10. f.
cornibus 11. I. Breuibus 11. p.
prolixis 11. f. plurium ſpecie 12. p.
duorum 12. f.
II. Binis 13. p. conf. 18. p.
ternis 13. m. conf. 21. f. 18. f.
quaternis 13. f.
III. Subtilibus 14. p. i. e. ligulis
rectis
recuruis 15. 20.
craſſiuſculis 14. f.
IV. Aequalibus
Inaequalibus 19. f.

III. Figura vulgari
ſingulari
breuis ac craſſus,
aliter, maluae, modiolus.

IV. Bifidus 18. p. conf. 13. p.
trifidus 19. f. conf. 21. f. 13. m.

Stili ſuccedaneum
folia 8. p.
orbiculus radioſus 8. m.
oblongius 8. f.
criſta 21. p.
purpurea 21. f.
breuicula 21. m.

I.

Stilus eſt pars floris medium eius occupans, & rudimento fructus, aut ſeminis inhaerens; (*)

Dicitur ſtilus, quia in longitudinem tenuem plerumque extenditur.

2. Folioſa pars floris modo apici, modo ſedi fructus, ſeminiſue inhaeret: Stamina vel imo, vel medio folioſae.

3. Stilus ſemper apici fructus, ſeminiſue cohaeret, ideoque reliquis floris partibus defluentibus in planta remanet.

4. Stilus plerumque *vnicus* adeſt, ſaepe plures,

5. Et *bini*,

6. *Terni*, in gramine Leucanthemo, item in Sanguiſorba;

(*) Conf. praeter laudatos in anteriori capite autores *Marc. Malpighium* in Anatom. plantar. p. m. 60. ſeqq.

7. Quini

7. *Quini* in Aquilegia, nam & rudimentum fructus in quinas maturatur filiquas.

8. Flores nonnulli *ſtilo carent*,

vel *ſuccedaneum* eius aliquod obtinent, vt in Iride loco *ſtili* ſunt *tria* interna *folia* erecta, ſub quibus ſtamina occultantur. conf. XXII. 14.

In Papauere eſt *orbiculus* radiis quibusdam decuſſatus, in latitudinem magis quam longitudinem extenſus in Papauere Spinoſo. conf. §. 21.

9. *Stilus proprie dictus terminatur* vel Cuſpide, vel Globulo, vel Cono, vel Cornibus.

10. *Cuſpide*, vt in digitali, Symphyto maiore;
Cono, vt in Liliis nonnullis;
Globulo, vt in Conuoluulo peregrino, purpureo.

11. *Cornua* vel breuia ſunt vel prolixa:
Breuia, vt in Conuoluuli vulgaris campaniformi flore,
Prolixa, vt in Eupatorio vulgari.

12. Interdum *adeo prolixa* vt plures *adeſſe videantur ſtili*.
Ita *duo ſtili* in Staphylodendro, ſiue Piſtacio ſylueſtri.

13. Cornua vel *bina*, vt in Cichorio;
vel *terna*, vt in Ceruicaria;
vel quod rarius, *quaterna*, vt in Lyſimachia Virginiana.

14. *Cornua ſtili* vel *ſubtilia* ſunt, vt plerumque,
vel *craſſiuſcula*, vt in Conuoluulo vulgari campanifero, Lyſimachia Virginiana.

15. *Cornua ſubtilia*, quae etiam *ligulae* dicuntur, interdum recta,
Saepius reflexa ſiue *recurua* ſunt, vt in Cichorio, Ceruicaria.

16. *Stilus* interdum *ita craſſus, ac breuis* eſt, *vt nomen alind videatur requiri*, vt in Nymphaea ac Tulipis.

17. Stilus quoque in Malua a vulgari forma diſcrepat, ideoque *modiolus* dicitur.

18. *Bifidus ſtilus* in Saluia, Othonna:
Trifidus in Croco, Dente canino, Ceruicaria.

19. *Cornua ſtili* plerumque *aequalia* ſunt,
Interdum *inaequalis longitudinis*, vt in Saluia, & Aethiopide.

20. *Cornua ſtili* ſaepe ſunt *reflexa*, vt in Ceruicaria.

21. *Loco ſtili* quandoque *criſta ſemini inhaerens*, vt in Scabioſa;
In Papauere ſpinoſo criſta purpurea breuicula;

In

In *Sanguiſorba* criſta purpurea, vel tres ſtili purpurei triſidi, latentes inter purpureos ſtaminum petiolos.

CAPVT XXIV.

De ſitu floris reſpectu caulis.

SITV 1. ratione
CAVLIS 2. eſt
flos I. ſolitarius 3. adhaerens cauli 6.
ſigillatim 7.
ſociatim 8. in eadem diſtinctione bini 8. p.
coaceruatus 4. terni 8. m.
vere caulem aut ramum ſeni 8. f.
extremum terminans ſpica
corolla 4. m.
diſco
capitulo oblongiore
medium cingens verticillo 4. f.
apparenter, vmbella denſa 5.
II. Spectat partem caulis diuerſam a caeteris 9. p.
eandem cum caeteris ſimplicibus 9. m.
galericulatis 9. m.
abſolute compoſitis 9. f.
FRVCTVS cap. XXV.

I.

Hactenus *florum differentiae* ſecundum partes floris ſunt expoſitae; ſequuntur eae, quae *a ſitu floris* deſumuntur, qui duplex eſt, alius reſpectu caulis, alius reſpectu fructus.

2. *Caulis reſpectu flos* aut ſolitarius eſt, aut coaceruatus.

3. *Solitarius* eſt qui, ita, in caule diſpoſitus eſt, vt alium proxime non tangat;

4. *Coaceruatus* qui vel *in* ſpicam,
vel verticillum,
vel corollam, vt in Meliloto vulgari,
vel diſcum,
vel oblongius capitulum diſpoſitus eſt, atque ita caulem & ramulos caulis terminat,
vel etiam in verticillum circa medias rami, & ſurculorum partes.

5. Ad coacervatum florem etiam referri potest *umbella densa*, qualis est, v. g. in Draba, siue Thlaspi cretico.

6. *Solitarius flos* aut sigillatim, aut sociatim *cauli adhaeret*.

7. *Sigillatim*, si vnus ex vna caulis, aut rami distinctione prodeat.

8. *Socialiter*, si aut *bini*, vt in multis;
aut *tergemini*, vt in Sagittali,
aut *seni*, vt in Fœniculo aquatico, siue Viola aquatili.

9. Porro caulis respectu flores plerumque *in diuersas* caulis partes, siue *plagas spectant*;

Nonnunquam *in vnum latus*, siue plagam caulis vergunt, vt flores in Digitali; item *biiugi* flores in Pseudolysimachia galericulata, item capitulo siue *disco* florum in Absinthio vulgari.

CAPVT XXV.

De situ floris respectu fructus.

SITV, FLOS FRVCTVS 1.
summo insidet, haerens vel
femini nudo, quidam simplex 2. p.
omnis flosculus 2. m. capituli
disci
Pericarpio 2. f.
Sedi cohaeret, quidam simplex 3. p.
omnis leguminum 3. m.
filiquosarum praeter paucas 3. f.
Pappus non sit 4.

1.

R*espectu fructus* aut rudimenti fructus *flos* aut insidet summo fructui, aut sedi fructus cohaeret.

2. Qui *summo fructui insidet*, aut *nudo semini insidet*, vt in flore Valerianae, item in omnibus flosculis capitulum aut *discum* constituentibus;

Aut *pericarpio* siue *folliculo* siue *vasculo seminis*, vt in Cucurbita, Cucumere, Melopepone, Bryonia, Periclymeno, Aristolochia, Onagra siue Pseudolysimachia siliquosa, Ligustro, Rosa, Rubo, Cerafo, Malo, Pyro.

3. Flos

3. Flos *sedi fructus haeret*, ideoque fructus rudimentum quasi includit, in Solanis, Dulcamara, Capsico, Geraniis, Chelidonio maiore, Cassia fistulari; Leguminibus & Siliquosis omnibus, excepta Onagra, Lychnidibus, Ocymoide, Nigella, Ranunculo, Nymphaea, Malua, Papauere vulgari & Corniculato, Vite, Arbuto, Tulipa.

4. Flores dicuntur in pappum mutari, sed reuera nullus flos in pappum mutatur, sed *pappus* inhaeret apici fructus, cui & flos inhaeret, flore autem sensim marcescente, arescente, defluente, fructus cum pappo suo crescit, atque ita pappus, qui ante flore tegebatur, conspectior redditur.

Ita pappus *ex flore fit*, sicut ex pomeridiano tempore vespera.

CAPVT XXVI.

FRVCTVS plantae.

Definitur 1.
    succedit flori, inchoatione, perfectione, defluxione 2. p.
    separatur 2. f. perfectione
        aliae partes corruptione.

I. Est vel semen
    seminis conceptaculum 4.
        Ei tegendo 4. 5. m. & tuendo 5. f. natum vasculum,
            folliculus
            capsula
            theca
            inuolucrum.
    Non, vt apertum labiatorum perianthium, tantum id retinens 5. p.

II. Gignitur I. ad vnum florem 6. p. vnus
        plures.
    II. (6. f.) sub flore
        intra florem.

1.

F*ructus* dicitur pars plantae annua, flori cohaerens & succedens, qui vbi maturuerit, id est, ad perfectionem suam peruenerit, sponte a planta abscedit, & terra, aliaue commoda nutrice exceptus nouae plantae fit initium. (*)

(*) Conf. *Ludwigii* Institut. regni vegetab. p. 44. seqq. & 201. *Iac. Loyan* experimenta de plantar. generatione. Cl. *Plaz.* de plantar. seminibus. *Linnaei* fundamenta botan. V. Illustr. *Wolff. von Würkungen der Natur* cap. XII. §. 407. *Idem, von denen Theilen der Pflanzen* cap. VII. §. 260. seqq. *Marc. Malpighium* l. c. p. 71. seqq. De differentiis autem Fructicistas omnes à *Linnaeo* p. 127. Biblioth. botanic. enumeratos.

2. *Succedere* dicitur *flori fructus*, quod floris inchoatio, perfectio, defluxio, fructus inchoationem, perfectionem, defluxionem antecedat.

Fructus igitur a reliquis plantae annuae partibus differt, quod cum primum absolutus est, siue ad perfectionem deuenit, pars esse desinit, cum reliquae (vti folia, flores, & in nonnullis surculi vel etiam integri stipites) tum demum vbi marcescere, putrescere, aliterue corrumpi incipiunt a planta sua separentur.

3 Fructus vel semen est, vel *seminis* conceptaculum, vasculum, folliculus, capsula, theca, inuolucrum seminis.

4. *Conceptaculum* est, quod semini ad tempus vndique tegendo peculiariter destinatum est.

5 Excluduntur igitur huius appellationis ambitu perianthia illa, in quibus, flore iam dilapso semina latitant, vti fit in Saluia, & aliis labiati floris plantis:

Nam nec vndique tegunt semina, cum superiori parte hient, neque peculiariter seminis tutelae seruiunt, sed flori potissimum muniendo destinata sunt.

6. *Ad vnum florem fructus* vel *vnus* vel *plures gignitur*, si vel sub vel intra florem vnum, vnus vel plures fructus gignantur.

Conf. XXII. 4. f.

CAPVT XXVII.

PARS SEMINIS.

Cuiuslibet I. Extremitas 2. interior siue inferior 3.
exterior siue superior.
II. COR I. in extremitate 2. interiore
exteriore.
II. inter
valuas duas 5.
Biualuis, valuae duae 5.

I.

Cor *seminis* est portiuncula seminis, vnde tum radix, tum germen enascitur.

2. Cor seminis, vel *in interiore* siue inferiore, vel superiore, siue *exteriore* seminis *extremitate situm est*.

3. *Interiorem* voco, quae cauli, aut petiolo proxima.

4. Me-

4. *Medulla seminis* dicitur intima & similaris pars seminis, quae cortice vndique vestitur.

5. *Semen biualue* dicitur, quod in duas *valuas*, h. e. quasi dimidiatas partes quasi duo hemisphaeria diuiduum est, inter quas futurae plantae rudimentum saepe est conspicuum; vt in Piso, Faba, Dolicho. (*)

CAPVT XXVIII.

De plantarum FOECVNDITATE.

FOECVNDA natura I. ita credita nonnullis, omnis etiam excaulis 6. f. conf. V, 7. f.
  pluribus, sola cauligera 7. m.
  non credita vulgo, deprehensa tamen, cauligera 7. m.
  excaulis 7. p.
 II. Indiuiduo quolibet
  sexus tantum faeminei, i. e. semen ferentis sine flore 5.

STERILIS natura, vere talis quomodo agnoscenda 2.
  opinione plurium, quae excaulis 6. p.
  quorundam, nulla 6. f.
 per accidens 3. ob ineptum locum seu clima
  anni tempestatem
  morbum
  floris luxuriam
  ortum non e semine sed tales 7. f. ramo 4.
  sexum masculum, i. e. florentem sine semine 5.

1.

Plantarum aliae natura foecundae, aliae natura steriles sunt.

2. *Naturâ sterilis* dicitur *planta*, quae semen ferre natura non est apta, quod inde agnoscitur, si nullum certae speciei singulare in vllo loco semen ferre deprehendatur;

3. *Per accidens sterilis* dicitur planta, si vel ob locum siue clima minus aptum, vel ob anni tempestatem, vel incommodum aut mor-

(*) Conf. *Wolff. vom Gebrauch der Theile der Pflanzen* cap. VII. §. 262. Cl. *Ludwigii* Instit. regn. vegetab. Part. II. Cap. VI. Sect. III. §. 523. seqq. Secundinas recentiores vocant cum *Malpighio* l. c. 87. & Cotyledones plerumque constituunt, in Methodo plantar. *Joh. Raii*. p. 1.

bum, aut floris (*a*) luxuriam, aut ortus ſui modum ſemine deſtituatur.

(*a*) *Fog.* Radicis adderem. v. de Colocas. Alpin. & de Sedo, quod Iouis barba.

4. *Ob ortus ſui modum ſterilis* eſt, vt Sabina e ramo ſata.

5. *Ob ſexum ſterilis planta* dicitur, ſi ex eiusdem plantae ſemine diuerſae plantae producantur, ita, vt aliae ſemen absque flore, aliae florem absque ſemine producant, quarum illae *foeminae*, & *foecundae*, hae *mares*, & *ſteriles* appellantur.

Tales ſunt in arborum genere, Palmae dactyliferae:

Inter herbas; Mercurialis, Phyllum, Lupulus & Seſamoides Cluſii.

6. *Steriles natura* communiter *feruntur*, quae caule carent, vti ſunt Filix tam ramoſa, quam non ramoſa, Phyllitis, Scolopendrium, Adiantum, & ſimiles.

Quanquam ſunt, qui & has in *auerſa foliorum parte ſemen* producere perhibeant. (*)

7. *Hieronymus Tragus* in Filice ramoſa ſemen accurata obſeruatione inuenit: idem in Salice latifolia ſemen prolificum ſe reperiſſe teſtatur, quamuis Salix vel ideo etiam natura faecunda praeſumi debebat, quia ſtipite non caret, qui ſemini potiſſimum ferendo deſtinatur, ſemine autem plerumque fœcundo deſtituitur, quia non e ſemine, ſed e taleis prognata eſt.

Caeſalp. l. 16. c. 2. de Filice.

In aduerſa parte furfuracea quaedam lanugo eſt, copioſior in tenellis. Nam procedente tempore decidit, renaſcique compertum eſt ex ea lanugine. Nam proiectis Filicibus vbi antea non fuerint, oritur copioſe.

(*) An globuli illi in dorſis foliorum reperiundi ſeminibus ſint pleni, an farina genitali, dubitat adhuc *Linnaeus* in Gener. Plantar. Claſſ. XXIV. p. 320.

ISAGOGES PHYTOSCOPICAE
F I N I S.

MO-

MONENDA VAGETIANA.

1.

Phytoscopicae huius Isagoges autographon haud occurrit, dictatam enim eam esse, non perscriptam ab auctore, multis indiciis fit verisimile. Videantur V, 2. l. 8. IX, 8. l. 2. XVII, 7. XVIII, 5. 7. l. 2. Addatur perpetua auctoris emendatio litterarum initialium ex paruis in maiusculas, in herbarum nominibus, contra in aliis vocibus, per totum apographon A omnibus paginis conspicua. Denique dubitationem omnem tollit IV, 5. eriguntur. al. enituntur, in A, 106, a, in B. 130, a, vbi autographa etiam est horum emendatio, in impressis spectanda.

2. A schedis ergo vbi praecepta haec discrepant, considerandum erit, an inter dictandum emendata sit in his praeceptis scheda, an pro dubiis schedarum annotatis, huc destinata sint, quamuis pauciora, minus etiam determinata, certa tamen, saltem vsque dum obseruationibus confirmarentur, emendarenturue annotata caetera.

3. Apographa ab auctore recognita, emendata, aucta exstant tria, quae litteris A, B, C, designare iam placuit.

Primum horum siue A inter schedas Iungianas exhibet fascis (122.) foliis 103 - 124. diligentissime ab auctore ad ipsius palatum emendatum; & luculentis additionibus autographis auctum.

4. Secundo (B.) exhiberi voluit auctor ipsum primum A cum emendationibus suis & adiectionibus. Idque caetera quidem pleraque feliciter est praestitum, at in annotationibus inserendis a loco cui destinatae erant illae, aut (nullo licet signo monstrante) debebantur, non semel est aberratum.

5. Vsus deinde auctor est secundo hoc (B.) vt lectu commodiori, vnde

1. Adiecta ipsius manu etiam huic sunt nonnulla, pauca etiam emendata, sed haud quaquam eadem, quae in A adhibita conspicitur, diligentia.

2. Describendum etiam hoc dedit auditoribus, quo factum est, vt quicquid est corrupti in apographo B, id in omnibus in vniuersum insequentibus haeserit, ipso etiam *Bunkiano* & *Fogeliano*, & editoris, mox memorandis.

Exhibetur apographon B, fascis Iungianarum (122.) foliis 125 - 161.

6. Tertium (C.) exhibere iam debuerat Ildi textum & annotationes; sed natum est illud corruptissimum omnium. Quare nec adiectum quicquam reperitur, nec mutatum (totupliciter scilicet aucta emendandi molestia) praeterquam in vltima sola pagina. Sparsim hoc reperitur inter *Iungianas*, fascis (122.) fol. 214. 262. 211. 223. 169 - 185.

Hactenus cura Isagoges Iungiana.

7. Locupletare Isagogen istam, & aliter digerere, appictis etiam iconibus partium descriptarum, instituit vir Clariss. *Christianus Bunkius* Med. D. Reip. Hamb. Physicus, sed morte immatura rebus humanis ereptus caeptum non perfecit.

8. Ini-

bum, aut floris (*a*) luxuriam, aut ortus sui modum semine destituatur.

(*a*) *Fog.* Radicis adderem. v. de Colocas. Alpin. & de Sedo, quod Iouis barba.

4. *Ob ortus sui modum sterilis* est, vt Sabina e ramo sata.

5. *Ob sexum sterilis planta* dicitur, si ex eiusdem plantae semine diuersae plantae producantur, ita, vt aliae semen absque flore, aliae florem absque semine producant, quarum illae *foeminae*, & *foecundae*, hae *mares*, & *steriles* appellantur.

Tales sunt in arborum genere, Palmae dactyliferae:

Inter herbas; Mercurialis, Phyllum, Lupulus & Sesamoides Clusii.

6. *Steriles natura* communiter *feruntur*; quae caule carent, vti sunt Filix tam ramosa, quam non ramosa, Phyllitis, Scolopendrium, Adiantum, & similes.

Quanquam sunt, qui & has in *auersa foliorum parte semen* producere perhibeant. (*)

7. *Hieronymus Tragus* in Filice ramosa semen accurata obseruatione inuenit: idem in Salice latifolia semen prolificum se reperisse testatur, quamuis Salix vel ideo etiam natura faecunda praesumi debebat, quia stipite non caret, qui semini potissimum ferendo destinatur, semine autem plerumque fœcundo destituitur, quia non e semine, sed e taleis prognata est.

Caesalp. l. 16. c. 2. de Filice.

In aduersa parte furfuracea quaedam lanugo est, copiosior in tenellis. Nam procedente tempore decidit, renascique compertum est ex ea lanugine. Nam proiectis Filicibus vbi antea non fuerint, oritur copiose.

(*) An globuli illi in dorsis foliorum reperiundi seminibus sint pleni, an farina genitali, dubitat adhuc *Linnaeus* in Gener. Plantar. Class. XXIV. p. 320.

ISAGOGES PHYTOSCOPICAE
FINIS.

MO-

MONENDA VAGETIANA.

1.

Phytoſcopicae huius Iſagoges autographon haud occurrit, dictatam enim eam eſſe, non perſcriptam ab auctore, multis indiciis ſit veriſimile. Videantur V, 2. l. 8. IX, 8. l. 2. XVII, 7. XVIII, 5. 7. l. 2. Addatur perpetua auctoris emendatio litterarum initialium ex paruis in maiuſculas, in herbarum nominibus, contra in aliis vocibus, per totum apographon A omnibus paginis conſpicua. Denique dubitationem omnem tollit IV, 5. eriguntur. al. enituntur, in A, 106, a, in B. 130, a, vbi autographa etiam eſt horum emendatio, in impreſſis ſpectanda.

2. A ſchedis ergo vbi praecepta haec diſcrepant, conſiderandum erit, an inter dictandum emendata ſit in his praeceptis ſcheda, an pro dubiis ſchedarum annotatis, huc deſtinata ſint, quamuis pauciora, minus etiam determinata, certa tamen, ſaltem vsque dum obſeruationibus confirmarentur, emendarenturue annotata caetera.

3. Apographa ab auctore recognita, emendata, aucta exſtant tria, quae litteris A, B, C, deſignare iam placuit.

Primum horum ſiue A inter ſchedas Iungianas exhibet faſcis (122.) foliis 103-124. diligentiſſime ab auctore ad ipſius palatum emendatum; & luculentis additionibus autographis auctum.

4. Secundo (B.) exhiberi voluit auctor ipſum primum A cum emendationibus ſuis & adiectionibus. Idque caetera quidem pleraque feliciter eſt praeſtitum, at in annotationibus inſerendis a loco cui deſtinatae erant illae, aut (nullo licet ſigno monſtrante) debebantur, non ſemel eſt aberratum.

5. Vſus deinde auctor eſt ſecundo hoc (B.) vt lectu commodiori, vnde

1. Adiecta ipſius manu etiam huic ſunt nonnulla, pauca etiam emendata, ſed haud quaquam eadem, quae in A adhibita conſpicitur, diligentia.

2. Deſcribendum etiam hoc dedit auditoribus, quo factum eſt, vt quicquid eſt corrupti in apographo B, id in omnibus in vniuerſum inſequentibus haeſerit, ipſo etiam *Bunkiano* & *Fogeliano*, & editoris, mox memorandis.

Exhibetur apographon B, faſcis Iungianarum (122.) foliis 125-161.

6. Tertium (C.) exhibere iam debuerat Ildi textum & annotationes; ſed natum eſt illud corruptiſſimum omnium. Quare nec adiectum quicquam reperitur, nec mutatum (totupliciter ſcilicet aucta emendandi moleſtia) praeterquam in vltima ſola pagina. Sparſim hoc reperitur inter *Iungianas*, faſcis (122.) fol. 214. 262. 211. 223. 169 - 185.

Hactenus cura Iſagoges Iungiana.

7. Locupletare Iſagogen iſtam, & aliter digerere, appictis etiam iconibus partium deſcriptarum, inſtituit vir Clariſs. *Chriſtianus Bunkius* Med. D. Reip. Hamb. Phyſicus, ſed morte immatura rebus humanis ereptus caeptum non perfecit.

8. Ini-

8. Initio ille ipsi Isagoge a se in quarta descriptae interiecit chartas folii integri figura, & Isagoges quidem margini summam textus adscripsit chartis interfertis vero additamenta. Comprehenduntur haec inter schedas *Iungianas* fasce (122.) fol. 224-274.

9. Aliis curis capita plura, libros etiam diuersos Isagoges fecit & praeceptorum Isagoges cuique sua additamenta subiecit, appictis etiam iconum, ea quae describuntur repraesentantium rudimentis. Conatum illum exhibent schedae *Iungianae* fascis (122.) foliis integrae formae 265-355.

10. Quia vero radicum differentias nullas Isagoge complectitur, tertia *Bunkii* cura fuit, etiam illas conquirere. Huc quae spectabant in quarta perscripta exhibentur sch. Iung. fasce (122.) foliis 1-22.

Huc vsque cura Phytoscopiae *Bunkiana.*

11. Excepit *Bunkianam* diligentia Viri Clariss. *Mart. Fogel.* Med. D. & tandem Gymn. Hamb. Log. et Metaph. P. P. Is ut dignum auctore splendorem, & perfectionem absolutam, pro animi & ingenii nunquam satis laudata magnitudine, in omnibus eius scriptis concinnandis affectabat, ita manuscripti C (in quo scilicet nulla erat iactura) dissecti singula folia, singulis ex charta, cucullo insignitarum, meliore foliis integris mediis, ita agglutinauerat, vt mediae chartae apertura vtramque apographi faciem legenti exhiberet. Marginibus vero quos ita lucrabatur amplis, imagines rerum in textu descriptarum, natiuae quoque magnitudini respondentes, affigere sinistra, notas quae addendae viderentur, extra textum dextra instituit adscribere. Sed ad duo tantum folia perducta res conspicitur fascis Iung. (122.) foliis 210. 211. 222. 223. Imaginum schedae exstant praeter affixas duas septem aliae foliis 215-221. quibus quo referendae viderentur, adscripsi, coniectura tamen non vbique mihi satisfaciente. Huic rei expetiuisse credi potest hortum Eichstetensem magno sane sibi comparatum.

12. Nouissima eius cura *Matth. Paisenius* & ipse Med. D. apographon aliquod procul dubio ex B. natum in schedarum solam anteriorem faciem descripsit, atque Doxoscopiarum Phys. Min. seruato more, summam quidem dextus ductis subtus rubris lineis, notauit; quae primariorum praeceptorum explicationi in textu videbantur inseruire, iis rubrica praefixit voces: SCHOLION. NOTA, I. II. &c. Adiecit etiam permulta ex *Bunkianis* n. 8. 9. memoratis, multa consimiles in schedas congessit, deliberaturus vtique quorsum essent referenda. Haec domo sua post *Fogelii* mortem asseruata, Vir Clariss. *Michael Kirstenius* Med. D. & in Gymn. Hamb. Mathem. Poës. & Physices P. P. paucis ante quam mortalitati subducebatur diebus cum plerisque aliis penes *Fogelium* ante, tum penes se reliquis schedis *Iungianis* bibliothecae publicae intulit. Suntque fascis 167. folia 1-186.

13. Succedunt eodem fasce (167.) foliis 187-214. (sequentibus etiam pro alia materia inanibus foliis vsque ad 276.) Phytoscopica in libros digesta duos, primum quidem de plantis folii simplicis, partium quatuor, vt prima excaules habeat, secunda nudicaules; ast ex cauligeris tertia sigillatim, quarta coniugatim germinantes: Secundum de plantis foliaturae compositae. Credo historiae plantarum schedas *Iungianas*, *Bunkianas*, suas hoc ordine digerere

voluit

voluit *Fog.* & ei operi Isagogen praefigere, quod institutum, si vita diuturnior & plusculum otii obtigisset, Viro excitatissimae industriae, & peritiae rerum harum locupletissimae, inque schedis istis per tot annos familiarissimo non potuisset longam moram nectere. Tantum etiam de Phytoscopicis *Fogelii* & *Paisenii* conatibus.

14. Botanicorum (inter schedas *Iungianas* nouissime in bibliothecam publicam, vt n. 12. diximus, translatas) fasces lustrandi restant integri 20, numero 235 - 254. Sparsa eiusdem generis etiam per fasces alios sunt multa.

15. Cum ergo & *Fogelius* antequam caepta egregia perficeret, morte bonis omnibus & veri amantibus dolenda sit raptus, in tanta schedarum *Iungianarum* mole coaptandi studium ita moderandum tandem aliquando est visum, vt a blattarum arbitrio & mille casuum, solutis schedis imminentium periculo ante omnia viri labores erepti vsibus publicis quantocius ipsius auctoris nomine, si nequeunt quo obtabatur, saltem quo possunt, eo exhibeantur ordine.

16. Quare numeris placuit notare *Iungianos* fasces & fascium schedas omnes, siti illi, sitae haec inueniuntur, ita enim facile erit, quicunque probabilis videtur ordo, eum numeris istis exigua in charta notare, & si morte praeuentus aliquis alcert inchoati quid relinquit, numeri in charta consignati certe manent, potestque suum ordinem suis numeris quilibet alius itidem in charta notare.

17. Placuit deinde inscriptiones manipulorum in libellum describere, vt vbi, quae cognatae materiae sunt, inueniri queant etiam quietis schedis, dispicere liceat, ne ante, vsu crebro conterantur illae aut lacerentur, quam edi possunt.

18. Haec vero dum fiunt, interea consultissimum visum est, quae *Iungius* ipse concinnauit compendia, & iuuentuti putauit apta, ea, vt relicta ab ipsius manu sunt, ita in lucem emittere. Praecessit paucis retro hebdomadibus harmonica. Sequitur nunc Isagoge Phytoscopica.

19. Expressa vero est ea ad apographon A, & ad autographa caeteris, B, scilicet & C, adiecta additamenta. *Fogelianae* prioris curae (vid. n. 15.) quia per pauca reperiebantur ad III. & IV. caput pertinentia, & vbi tam multa restabant agenda, etiam acta saepius agendi relinqui non debebat occasio; non ea tantum adiecta sunt, minore tamen litterarum charactere; sed per duo illa capita, (relicto tantisper editionis tenore,) quae *Fogelius* voluerat definita maiusculis sunt expressa, obliquum v. characterem solis his verbis ille chartarum d. l. tribuerat III. 2. *superior. Supina. 12. Circumscriptio folii, 13. Pediculus. 15. Costa. 27. Ala foliorum. 29. Ramastrum.*

20. Reliquam varietatem litterarum quod attinet,

1. IVNGIANA, FOGELIANA, editoris, ita, vt hic vides, perpetuo dignosces.

2. Herbarum omnium maiusculae initiales *Iungiana* sunt ab emendatione in A. aut B. ex cognominibus vero non nisi a propriis nominibus denominantium: caeteris locis omnibus ex maiusculis etiam studiose minuscu-

lis ille fecit initiales, continuationis tamen lineolis denominatiua ad nomina sua annexuit. Virgulas enim distinctiuas particularum quidem simplices, ablatiuorum autem primae circumflexus vt vocant, studiose *Iungius* effectavit, nimirum, ne rudioribus quidem aberrandi occasionem, quae tolli posset, vsquam relicturus, esset quod raro obseruatum a nobis est, ne molestia in re non maioris momenti, typothetae crearetur nimia.

21. Quicquid ab his diuersum occurrit, id recensitori imputandum est. Is obliquis litreris definita: maiusculis initialibus textus summam voluit exhibere prompte inueniendam, solo cap. V. maiusculis totas voces; Rarissime nec nisi in theorematis, textus summam obliqua scriptura expressit. Cum enim definita hic occurrant prolixa, dum loco definitionum sunt exhibitiones sensibus factae, nec maiusculae tot vacarent typothetae quae tam multis exscribendis sufficerent, summa textus obliquis notari, quippe ad definita significanda destinatis, non poterat.

N. Definita illa saepe concinanda sunt ex diversis paragraphis vt XX, 5. (flosculi hi) sc. foliacci floris, §. 4. (plani) constituunt definitum (flosculi plani floris foliacei.)

22. Versum initia in A reperta numeris ille signauit; factis tamen aliis etiam initiis vbi continuatio erat prolixior cognitionem legentium putauit iuuandam. Capitum numeri sunt auctoris in A vsque ad XIII. XIV. quod est eius 1 - 3. erat pars XIIItii caetera fuerant caput XXIV. caput XV, pars fuerat postrema capitis XIII. Vnde editorum capitum numerus inde a XV. ad XXV, binario, in sequentibus vnitate maior est quam in Mtis. Mutationem hanc auctoris consilio congruere, schedarum (122) folium 113, a. docere potest. Post impressi n. XIIItii finem, caput ordiri voluit post XIV. 3. caput XXIV. subiungi & deinde nouum caput incipere: id quod lineis distinctiuis capitum vtrobique, de priore etiam litteris CAP. margini adscriptis reliquit indicatum.

23. In orthographia nusquam a manu auctoris animus fuit abire. Hinc initio inuenies: caepa, post: cepa. Κῆπος quis ignorat? H autem esse E longum argumentis certissimum est omnino sufficientibus. Quis tamen vetabit humani arbitratus libertatem respicere aliquando aut requirere, aut possibilem credere scaturiginem vocis aliam? Iucundum est etiam spectare, quomodo profecerint sensim summa etiam ingenia. (Sic faec. Fecund. conuoluoli vuli.) &c.

24. Porro vt tria illa apographa; *Bunkiani* item *Fogeliani et Paisenii*. labores separati manerent ab omni mixtura alieni, suum apographon ita, vt editionem comparare publico optabat, aptauit editor. Sicubi tamen collatio notari in Mstis aliquid postulauit, id geminatae parenthesi inclusum eius manum in iis fatebitur.

25. Satis iam verborum de characteribus et signis. In verbis ipsis, quia excipienti ex dictantis ore facillima est hallucinatio: En exhibita (nede sphalmate excipientis frustra veniat suspicio, vbi scripsit ipse auctor) ordine.

VERBA

VERBA AVTOGRAPHA.

Impressa §.	lin.	Scripta in fasce 122.	Apogr. fol. pag.
		Cap. II.	
IV,	2.	Gr - μήν	B. 127, a.
		Cap. III.	
II,	1.	Supina	
	4.	Prona	
IV,	1. 2.	FOL - ditur	A. 105, a.
	5. 6.	Est - nubus	
	7.	Den - vum	B. 129, a.
V-IX,	1.	Scis - aut	A. 105, a.
IX, 2.	X.	Inc - sura)	
XI,	1-3.	Fol - Porro	B. 129, b.
XII,	1-4.	Circ - re est.	A. 104, b.
XXII,	1.	Piso	
	2. 3.	Vna - gerit	
XXIIII,	4. 5.	Dolicho	A. 105, a.
XXIV-XXVI.		Penn-dula	
XXVII,	5.	Dic - mosum	
XXX,	1.	Particulare	A. 106, a.
XXXI,	1-12.	PL-tunda	
		Cap. IV.	
V,	3. 4.	Enituntur	B. 130, a.
		Cap. V.	
XII,	9.	Qua - tatur	A. 107, b.
XIII,	5.	SI - tatem	B. 131, b.
		Cap. VI.	
		De pl-dorum	A. 107, b.
III,	1. 2.	Vitr - los	
V,	3. 4.	Robus, &	B. 132, a.
IX,	2.	Har	B. 132, b.
—		Pyrola	A. 108, a.
	4.	Siue - mula	B. 132, b.
X,	3.	Pyr - cans	
XI,	3.	Simplex	A. 108, a,
	5.	Com	
		Cap. VII.	
V, I-VIII,	3.	Multicauli-	B. 133,
		um-dem ut	a. b.
VIII,	6.	Nud - tago	B. 133, b.
IX,	3. 4.	In rad - qui	A. 108. b.
X,	3. 4.	Cau - alis	
	6-11.	Hel - osc.	134. a.

Impressa §.	lin.	Scripta in fasce 122.	Apogr. f. p.
		Cap. VIII.	
IV,	3.	Bellis	B. 136, a.
	4. 5.	Gra - tica	
V,	3. 4.	Ap - tense	
IX,	4.	Ac - mali	A. 110, b.
XI,	1. 2.	& - quasi	
		Cap. IX.	
IV,	1. 2.	In salv - mis	A. 109, a.
V,	2.	Id est	
		Cap. X.	
I,	2.	Maior	
	3.	Fil - thus	A. 110, a.
II,	1. 4.	Quaed-ntum	
V,	1.	Caulis	
		Cap. XI.	
		De diff - tiolis	A. 110, b.
II,	1.	Bellide	B. 137, a.
	3.	Vulgari	A. 110, b.
		Gram - lye	B. 137, a.
VI,	5.	Ind - llis	B. 137, b.
VIII,	1-6.	Pec - ntibus	
XI,	2.	aut	A. 111, a.
	3.	Sam - orro	
XIII,	1.	Al - binis	B. 138, a.
XVI,		Cor - tica	A. 111, a.
		Cap. XII.	
III,	1.	Plant - tica	
	2.	Cirsio	B. 139, a.
	3.	Moly trian-lari	
VIII,	1. 2.	vt - ana	A. 112, a.
XVI,	1.	quae - citur	A. 112, b.
		Cap. XIII.	
IV, 4. V,	1.	Imo - stat &	A. 112, b.
V,	2.	Fructus	
		Cap. XIV.	
		De Perianthio	A. 120, a.
II,	2.	gi	A. 113, a.
		Fagopyri	
V,	4.	Paeonia	B. 153. b.
VII,	5.	Primum	

Impressa §	lin.		Scripta in fasce 122. Apogr. f. p.
XI,	3.	Vt-gula	
	ib.	floribus	A. 120, b.
	4.	siue-atis	
	4.5.	siue Vn-in	
XIV,	1.	foliis	
XV,	1.	F	B. 155, b.
	3.	Cneco	
XVIII,	2.	trosſ-	B. 156, a.
	4.	-uo-isto	
XIX,	2.	Narcissis	
	3.	Othonna	A. 121, a.
XXI,	5.	nerui	
XXIII,	1-8.	Am-dunt	A. 121, b.
	4.	sunt	B. 156, b.
		Cap. XV.	
IV,	2.	aut-Stilo	A. 113, a.
	3.	Sanguisorba	
	3.4.	Cyr-Clusii	B. 141, a.
V,	4.	est	
	1-7.	In Qu-rentur	A. 113, a.
		Cap XVI.	
IX,	3.	Cyclamini	A. 113, a.
XII,	7.8.	An \A. \e	B. 142, b.
		quatuor /114 /qui-sex	
		fol-siti	A. 114, a.
		Cap. XVII.	
II,	2.	Vel-mis	A. 114, b.
VI,	2.3.	Chamæp-lii;	
	4.	sed	B. 143, b.
		Cap. XVII.	
VIII,	2.	vel	A. 114, b.
XII,	1.	repandas	
XV,	1.2.	Int-citur	
		Cap. XVIII.	A. 115, a.
I,	1.2.	Flos-rus est	
IV,	3.	saep-xa	A. 115, b.
V,	1.	Fol-flores	
	2.	Conf-14	B. 145, a.
VI,	1-3.	Fol-lis Clus.	
VII,	1.	vel	
		Planis	A. 115, b.
	2.	vt	B. 145, a.

Impressa §	lin.		Scripta in fasce 122. Apogr. f. p.
VII,	2.5.	Gen-iora	
margine	4.	NB.	A. 115, b.
VIII,	2.	siue-nio	
		Cap. XIX.	
II,	3.	reant	B. 145, b.
III,	4.5.	Vel Sp-sior	A. 115, b.
V,	2.	siue	
XI,	1	vel	B. 146, a.
XII,	1.2.	fronte vel f.	
		i. v. cr. vt-næi	
XIV,	2.	Scabiosa	A. 116, a.
		Cap. XX.	
II,	1-6.	Dico-tineant	
	2.	concaui	B. 146, b.
vide mox Notas huius mon. n. 6.			
IV,	1.	siue-lius	A. 126, a.
VI,	1.	foliol	
VIII,	1.	qui-cuntur	
	6.7.	quam-cant	A. 116, b.
IX-XIII,		Fist-torta	
		Cap. XXI.	
		De-plici	A. 116, b.
I,	1.	cea	
IV,	3.	medii	A. 117, a.
V,	[illegible]		
	3.	di fl.	B. 148, a.
		Cap. XXII.	
		De floris	A. 117, a.
III,	1.2.	Ped.-nati	
	4 7.	Int-iore	A. 117, a.
IV,	1.	liberi	
VI,	1.	al-Rectus	B. 149, a.
XII.XIII,		In Ru-quina sta-	
		mina	A. 117, b.
XVI,	1.2.	Staminos-pare	
XVII,	2.	Tulipa	
XVIII,	4.	rarius	B. 149, a.
		vt in-dibus	
XX,	2.	vt-pis	A. 118, a.
XXI,	3.	inter	B. 150, a.
	8.	Stoebis	A. 118, a.
XXII,	1.	*foliol-*	B. 150, a.

Im-

Impressa §.	lin.		Scripta in fasce 122. Apogr. f. p.
		Cap. XXIII.	
IV-VII,		Stil-liquas	A. 118, b.
X,	1.	Sym-iore	
XII,	2.	*Sta*-cio	A. 119, a. B. 151, b.
XIII,	1.	vt-reo	A. 119, a.
	2.	vt-ria	
XV,	3.4.	vt-ria	
XVIII,	1.	Othonna	
	2.	Den-ria	
XX, XXI,		Loc-los	
		Cap. XXIV.	
IX,	5.	chia-Gal	B. 115, a.
		Cap. XXV.	
IV,	1-7.	Fl-spera, scheda in B. 154.	
		Cap. XXVI.	
I,	2.	id est	A. 121, b.
		Cap, XXVII.	
I,	1.	Portiuncula	A. 122. a.
II, III,		Cor-xima	

Impressa §.	lin.		Scripta in fasce 122. Apogr. f. p.
V,	1.	-lue	A. 122, a.
		Valuas-si	
	2.	*Diui*duum	
	3.4.	ut-licho	
		Cap. XXVIII.	
III,	2.	*nus apt*	
	4.5.	aut Or-dum	A. 122, b.
IV,		Ob sata	
V,	3-5.	quar-borum	
	6.	Mercurialis	B. 158, b.
		Lupulus. B. ib.	C. 184, b.
VI,	1.	St	
	3.	*les:*	A. 122, b.
	4.	sunt	B. 158, b.
	5.	pro	C. 184, b.
VII,	1.	Hieronymus	A. 122, b.
	3.	cum se	C. 184, b.
	4.	*quia*	A. 122, b.
	5-7.	Semine-est.	C. 184, b.

Sunt vero in his nonnulla consideratione quadam digna. Et generatim 3
quidem, cum alicubi emendatio corrupti B abeat ab A, fieri poterit, vt apographon A autographae *ex* B emendationi sit praeferendum. Coniectura quippe certitudine autopsian non aequat. Diuinandus autem sensus erat in corrupto B, quem A, vt mente auctoris conceptus fuerat, vel exceptum auditori, vel auctoris manu perscriptum, si ad manum fuisset, requirenti fuerat exhibiturum.

Hinc 1. Apographon A, c. XIII. §. IX. lin. 1. (*e spica,*) malui sequi, quam 4
Autographon B (*in spica,*) emendatio enim erat haec, cum scriptum esset nullo sensu: *& spica.*

Item 2. cap. XIV. §. XXIII. lin. 6. Autographon A (*citrini coloris*) sequi 5
malui, quam emendationem, quamuis & ipsam autographam B (*citrini in colore.*) Nam (*citri in colore*) corruptela habebat, emendatione illa vtcunque sanata.

Etiam 3. cap. XX. §. II. lin. 4. Autographon A, 116. a. (*cauitate vacua,*) 6
sequendum potius fuerat, quam emendatio, licet etiam ipsa autographa in B. (*concaui.*) Corruperat enim scriptura sensum, dum (*cauitate vacui*) exhibebat. Certe sequentia dum non mutantur, etiam hic siue (*vacua*) siue (*vacui*) retinendum est, id enim oppositio sequentium omnino requirit. Nam concauos flores non omnes esse vacuos, paragraphus 7. & 8. docent. Res ergo si emendationem postularet, in sequentibus ea simul foret suscipienda. At Iaceae sane & vacuos habent marginales, & semini nulli, quod quidem ad-

adoleſcat, aut apareat oculis inhaerentes. Vnde ex A, iſtud (*cauitate vacua*) omnino videtur reſtituendum.

7 Speciatim vero 1. cap. II. §. V. (*minus.*) Fortaſſe inter dictandum voluit adiicere *principalis*, & mox conſideranti magis placuit *ſecundaria*, vt (*minus*) delere liceat, aut (*magis ſecundaria*) legere. Minus enim principales partes h. e. ſine quibus totum eſſe poteſt iam commemoratae erant complures, a quibus has vt viliores, & *minus etiam neceſſarias* diſtinguere voce aliqua voluit.

8 2. Cap. III. quae §. IV - XI. impreſſa ſunt, ſigno nullo monſtrant locum quo ſint referenda. Sequendum ergo id fuit, quod & legentium cognitionem & memoriam requirentium inprimis iuuaret. Quamuis ergo apographa omnia in calcem capitis haec reiiciant, compoſito tamen folio, *Fogelii* etiam iudicio erant praemittenda. Suprema nimirum lex eſt ordinis didaſcalici, facilioris noſtrae cognitionis habendam eſſe rationem. Hanc ita ſeruare in omnibus diſciplinis, quas conſcripſit, ſtudet auctor, vt in nulla, quae ad vnam obiecti partem pertinent, coniuugat, ſi ordo cognoſcendi aliud poſtulet; Etiam hoc ergo auctoris inſtitutum in opere eius placuit relinquere conſpiciendum potius, quam alia conſilia praeferre. Maxime cum pagina MSti, cui iſthaec ſubiiciuntur, ad initium tantum paragraphi XVII, pertingat, vnde liquidum videtur, nequaquam autorem ea integro folio, iis quae pagina continebat, voluiſſe eſſe poſteriora.

9 3. Eiusdem capitis III. paragraphus XII. etiam paginae, modo memoratam antecedentis, calcem occapat, nimirum poſt impletum ſpatium omne iſtius paginae demum ſcriptus. Coniunctus ergo eſt modo memoratis, quia ad diuidendi folii modos circumſcriptio etiam folii pertinet; ſubiecta vero iſtis, quia circumſcriptionis reſpectu ſpecies nullae ab auctore ſunt conſtitutae. Sufficiebat enim fontem oſtendiſſe, in figurarum tanta varietate & tam obuia notitia.

10 4. Cap. III. paragraphi XXXI. lineae 11. 12. ſolo in A reperiuntur. Ad A ergo poſtrema auctoris cura eſt reuerſa; & ex B apographa alia nata ſunt omnia, adeoque recte apographon A, ceteris in editione praelatum eſt.

11 5. Cap. V. §. XII. lin. 8. Credo auctorem Holophyllida voluiſſe ſcribi. Cur enim inter tam multa Graecae nationis vocabula ſcripturae peregrinitas huic ſoli adhaereat? Indicio eſt accentus non ſuo loco poſitus, quem ipſum illam ob cauſam non placuit mutare, & in *Paiſenii* ſchedis, faſcis *Iungiani* (167) fol. 34. eandem forte ob cauſam ita reperitur ſcripta haec vox, vt in apographis A. B. C. etiam omnibus.

12 6. Capitis VI. paragraphi III. lin. 2. Citatum Vitruuii caput de hydraulicis machinis, quibus organa perficiuntur, eſt libri X. 13 um. Philandri editio Argent. 550. in IVta, p. 466, 5. 8. habet fundos. 465. 8. autem fundulis, quod in indice ex fundulae Philander deducit, & p. 42, 18. Varronis aliquam vocis iſtius ponit interpretationem, quae an citato etiam loco ſit conueniens, conſiderabunt, qui volent, aut ex perito Architectonicae quaerent, apographi quidem A prima ſcriptura fuit §. III. lin. 1. & §. VI. lin. 1. *Plura funda*, item §. IV. lin. 2. *nouam fundum*, vtique ex dictantis ore, cui neutrum vt mi-

nus

nus vſitatum genus, ab aequiuocatione tutius fuit viſum. Emendatio poſtea, credo, auctoris, (poteſt tamen eſſe alterius) vſitato a genere ſatius duxit haud abire.

7. Capite XI. paragrapho XII. in A. 111. a. voci (*capitulis*) adſcripſerat au- 13
ctor, ſed poſtea deleuerat (*nimirum vel diſcis;*) adſcripſit vero etiam voci (*tanaceto*) & non deleuit dictionem (*vel,*) quae delenda fuerat vtrique ſimul cum iſtis, ideoque in impreſſis eſt omiſſa. Voluit fortaſſe autor adjicere (*globulis,*) ſed, quod certum exemplum non ſuccurrebat, ſub diuiſionis vlterioris diligentiam, obſeruandi occaſione tunc deſtitutam, in eos rejicere, quibus obſeruandi fieret copia.

8. Cap. XIII. §. IV. lin. 1. in A. 112, b. legitur, (*videntur*) ſcilicet, ſubiun- 14
cta fuerant haec (*Frumentum turcic. etc. Deinde iuglans.*) Cum ergo haec mutata eſſent in (*obſtat & iuglans*) ſimul ex (*videntur*) feciendum erat (*videtur.*)

9. Cap. XVIII. ſoli totius opuſculi paragraphi 1. 2. 3. numeros habent 15
autographos in A. 115. a.

10. Ibid. paragraph. V. & VI. ita ſunt autographi in B. 145. a, vt ſigno 16
nullo monſtretur locus, vbi inſeri illi debeant. Habet autem A. 115. b. poſt §. IV. ſignum addendorum, & idem calci paginae eiusdem ſubiectam, vnde plura eſſe ea, quam quae margo capiat, apparet. Huc ergo, cum res ipſa idem quod indicia haec, ſuaderet, iſta relata ſunt & exempla aliquot, ne dubia res videretur, paragrapho V. adjecta.

11. In A. folii 16. faciei a calce, ſcripſit auctor. *Spica racemus umbella.* 17
Continetur vero ea pagina capitis XIX, §. 8. & ſeqq. & capitis XX, §. 1 - - 6. Fortaſſe deliberauit de *ſpica*, &c. ex compoſitis floſculis, conſtituenda & per exempla oſtendenda.

12. Capitis XXII. paragraphus III, ita autographus eſt in A, 117. a, vt nullo 18
ſigno, quorſum referri debeat, moneatur. Res tamen docet, recte eum hic eſſe collocatum.

13. Cap. XXII. §. XVIII. lin. 4. vtrobique & in A, 118. a. & in B, 149. b, ſcri- 19
ptum fuerat (*nunquam quod ſciam.*) Autographa emendatio in B deletis his ſubſtituit (*rarius*) Nimirum vniuerſales propoſitiones, quae quidem experientia ſola cognitae ſunt, eum debent cuiuis vnione vel minimae inſtantiae honorem, vt iure vniverſalitatis illico cedant.

14. Eodem cap. XXII. §. XIX, inter 3. & 4. ſignum addendorum eſt in A, 20
118, a. Spatium ergo relinqui placuit, quod & rectorum angulorum exempla capiat & obliquorum, quae natura ipſam exſpectanti nemini inuidubit.

Porro 15. capite XXIII. cum paragrapho XVIII. in ſtilo *ſaluiae* & *ceruica-* 21
riae fiſſuras tantum agnoſcente, pugnare videntur paragraphus XIX, & XX, ſpeciatim *cornua* tribuentes ſtilo Saluiae & Ceruicariae, cui XIII, quoque ea tribuit & XV.

Hic ergo, bifidum, trifidum ſtilum §. XVIII, ſi tollis, cogeris fiſſuras omnes appellare cornua; At paragraphis caeteris diuiſionem ſtili a cornibus deſumptam ſi tollis, iam eodem loco habere crederis fiſſuras omnes, nec in vlla agnoſcere peculiari appellatione quicquam dignum. Omnino ergo praeſtat,

ftat, utrumque auctori, ut pofuit, ita relinquere, intactum, ut non liquere, credatur, pronunciaffe, fed, vt faepe in fchedis monet, amplius effe quaerendum, obferuandum, deliberandum. Sane contradictoria fimul eodem loco poffuiffe is nequaquam videtur credi debere, qui quantum poffet, (vid. cap. V. §. II.) conabatur diftinctas afferre notiones. Sed vbi illa videntur occurrere, nondum conftitutum habuiffe potius erit exiftimandus, utrum praeferret, imo annon fecundum quid utrumque retineret.

Hoc quidem loco deliberaffe auctorem potius de exemplis apte digerendis & praeceptis dextre conftituendis, quam liquido conftituta iam habuiffe omnia, indicio eft I, quod paragraphum XX. fua manu fcripfit, cum is tamen eadem pag. §. XV, lin. 2. 3. iam contineretur, & idem cum XXmo exemplum ipfius auctoris manu haberet adfcriptum. Indicio eft 2, quod binorum cornuum pro exemplo cum pofuiffet olim Saluiam §. XIII, lin. 1, deleuit vocem & *Cichoreo* fubftituit, fcilicet in Saluia fimul cum numero etiam inaequalitatem cornuum oftenfurus §. XIX, 2. Item 3, cum Crocum pro ternorum cornuum exemplo pofuiffet §. XIII, lin. 2, delata etiam illa voce, fubftituit Ceruicariam & Crocum ad trifidorum claffem reiecit.

Quare, fi infpectio tandem euincit, vel Ceruicariae vel Saluiae vel vtrique cornua non fatis recte tribui, delendae erunt hae voces ex §. XIII, XV, XIX, XX, atque auctoris oculos inter mutandum eae fefelliffe recte exiftimabuntur, occurfurae illius vtique, & loco non fuo, iubente ipfo, cefturae, fi editio ab ipfius cura potuiffet venire. Contra, fi qua harum cornua vere habere deprehendetur, delenda erit illa ex §. XVIII.

Confpiciuntur autem immutationes iftae in A. 119, a.

22 Denique 16. Capitis XXV, paragraphus IV, in qua fcheda fcriptus eft, ea eft in B. 154, fita inter 153, b. & 155, a. quibus paginis de Perianthio, hoc eft capite XIV, comprehenduntur paragraphi I-XIII. Deliberet qui vult, an pappus vice Perianthii flori proprii queat haberi, adeoque capitis XIV paragraphis X & XI vel tota haec fcheda vel eius aliquid veniat addicendum. Hic ea pofita eft, quia poft floris interitum, imo poft ipfius caulis mortem femini interdum haeret pappus, & ventis ablatus fecum illud rapit, vbi tandem commodae fedi applicatur, illud nouae plantae in fpem feminaturus. Conf. Dox. Ph. min. P. 2, Sect. 3, Fragm. 4, Cap. 4, Art. 1, Sectiunc. 7.

NOTA I. Fieri poteft, vt recognofcentis auctoris diligentiam alibi quoque apex vnus atque alter fubterfugerit, qui relictus tamen fenfum alium efficit fcripturae, quam dictantis fuerat. Monent tale quid alicubi infertae textui impreffo minutiffimorum characterum parenthefes Moneri fimiliter poterat capite IX, §. 1, lin. 3, fortaffe dictatum effe (*ramos*,) cum fcriptum fit (ramus.) Nam §. VIII, lin. 3, IX, lin. 1, X, lin. 2. & per totum caput, rami & (fub quibus eos paragraphus IX comprehendit) germina fimul cum foliis vt productum non vt producens confiderantur, fitusque eorum perinde vt foliorum ad caulem expenditur, nullibi foliorum ad ramos aut germina. Erit proinde etiam paragraphi II linea 2 vox (rami) non Genitiuus, fed in Plurali numero nominandi cafus.

NOTA

NOTA II. Quia nec frustra solitus est siue *Iungius* siue *Fogelius* lineola subtus ducta voces notare in opere inprimis olim edendo, sed considerandum in verbis ita notatis restare, aliquid se ipsos potius voluerunt monere, ecce consignata hic quia pauca sunt verba ista omnia.

§.	lin.		Apogr. fol. pag.
		Cap. III.	
XIII,	1.	Folium compositum	A. 105, a.
		Cap. IV.	
V,	1.	Ala caulis	A. 106, a.
		Cap. V.	
XIII,	3.	ambigi	A. 107, b.
	6.	flore fructu destituta reperiuntur	B. 131, b.
		Cap. VIII.	
IV,	2.	Nudicaulis	A. 110, a.
		Nudic-planta	B. 136, a.
		Cap. IX.	
VIII,	2.	Biiugo ordine	B. 134, b, 1.
XII,	4.	excepta herba	- - 2.
		(*haec rubrica notauit Fogelius, vid. Monend. 26. num. 2. 4-7.*)	
XV,	1.	Spergula	B. 135, a.
		Cap. XI.	
IV,	1.	Ambigit	A. 110, b.
XIX,	3.	pendulam proferunt	A. 111, b.
		Cap. XV.	
IV,	3. 4.	Cirsiis (*notauit Fog. vid. monend. 26. n. 8.* Quint.)	B. 141, a.
		Cap. XVI.	
VIII,	1. 2.	in lacinias fisso	A. 114, a.
XVI,	1.	tunica	A. 114, a.

§.	lin.		Apogr. f. p.
XVI,	2.	vel plicis aut striis variata	A. 114, a.
		Cap. XVIII.	
III,	2.	Figura Simillimis (*notav. Fog.*)	B. 145, a.
IV,	1.	Folia plana	A. 115, b.
	2.	Concaua	A. 115, b.
VIII,	1.	Corniculis	A. 115, b.
		Cap. XX.	
I,	1.	Flos natura plenus	A. 116, a.
II,	4. 5.	Stamina in fistulam coalita	B. 116, a.
V,	1. 2.	Stilo bicorni	A. 116, a.
VIII,	2.	pediculum	A. 116, b.
	4.	Craterem	A. 116, b.
	5.	Stilus	A. 116, b.
	6.	fistula colorata	A. 116, b.
		Cap. XXI.	
I,	1.	Flos per accidens plenus	A. 116, b.
		Cap. XXII.	
XI,	1. 2.	ambitus	A. 117, b.
XIX,	7.	lateribus inter se coeunt	A. 118, a.
		Cap. XXV.	
III,	3. 4.	Siliquosis omnibus excepta Onagra	A. 120, a.

Tantum de Autographis *Iungianis*, quae, quia separanda saltem numero ab aliis videbantur, Monendum XXV pepererunt tam vastum & tam multimembre.

MONENDVM XXVI.

1 Fogeliana a manu sunt

Impressa §. lin.		Scripta in Apogr. fol. pag.	Impressa §. lin.		Scripta in Apogr. f. p.
	Cap. III.		XXXI, 13-15.	AS-tior	C. 210, b. Conf. B. 129, b.
IV, 3. 4.	vt in-tica,	C. 223, a. Conf. B. 129, a.		Cap. VII.	
XVI, 1. 4.	Not.-plex Folium,	C 211, a. Conf. B. 128, a.	VIII, 7.	Sec-c. 8.	B. 133, b.
XIX, 5. 6.	Dig.-C,	B. 128, a.		Cap. XX.	
XXVII, 6.	Talis-Paeonia	C. 211, b. Conf. B. 129, b.	VIII, 8.	Sup. c. p. 32.	B. 147, a.
				Cap. XXVIII.	
			III, 3. 4.	Rad-barba	B. 158, a.
			VII, 8-12.	Caes-ose	B. 158, b.

Nimirum quae dictis locis in C adiecit, ea adiicienda esse, in B monuerat, dum ablegabat ad ea, quae ipse ad Excerpta Log. Hamb. lib. I. cap. vlt. annotasset.

2 Adiecit vero & alia quaedam, quae, (quod vel respiciebant sequentia ante quam suis numeris citari possent cum iis imprimenda; vel indigebant admonitione, quae textui inserta, simul cum diuulsis nimium textus verbis, eius quoque sensum erat obscuratura) huc iusta de causa dum reiiciuntur, etiam alia nonnulla textui satis apta eodem rapuerunt. Sunt v. haec:

1. Cap. III. paragrapho XVII praescripsit: (*NOTA*) & minutis literis eum voluit inprimi - - - - - - C, 211, a. 222, b.
2. Ad Cap. IX §. VIII vocem (*omnes,*) adscripsit (*excipe Galium & similes. Conf. Clus. Rar. pl. hist. l. 4. c. 32.* - - - B, 134, b. facit 1,
3. XIII, II. adscripsit (*repetit C. 25.*) B, 140, a.
4. XV, IV, 2. *Vlmo*) adscripsit: (*qui tamen habent Calycem siue Perianthium, Lapatho.*) - - - - - B, 141, a.
5. XV, 3. 4. Cyr. (Lege Cirsiis) adscripsit: *Dubitat alibi de his vide Doxosc. min.* - - - - - - B, 141, a.
6. XV, 6.) adscripsit: v. c. 18. - - B, 141. b.

3 Horum ergo primum quod attinet, ab instituto huius editionis id erat alienum, quippe vbi minores typi Non-Iungianis erant destinati, & *Iungiana* relinquebantur, qualia ab auctoris venerant manu, qui distinctionem in Notas & Scholia hic non erat molitus. Poterat praeterea paragraphus hic ideo haberi contextui non extraneus, quia Synonymon folii in sequentibus frequentatum ille tradit.

4 Secundum, id est capitis IX paragraphum VIII quod spectat; falsum sane est, quod textus videtur velle, quadrati caulis germinationem omnem esse biiugam, nisi biiugam ita late capias, vt coniugatae aequipolleat quod nec auctoris ingenium aequiuocationum haudquaquam patiens, nec sequentia theo-

rema-

remata pro sola duorum coniugata germinatione vocem constanter accipientia permittunt. Quare, si textus retinendus erat, de exceptione qualem *Fog.* adiicere caepit, omnino fuit cogitandum.

Cum vero fieri non potuerit, vt ipso eo loco, vbi lineas immediate antece- 5
dentibus germinationem senariam & quaternariam descripserat auctor, caulisque de figura meditabatur theorema, considerare caules ipsarum illarum herbarum quas pro exemplo ponebat Par. VII, praecipue semper obuiarum, qualis Galium est, ita negligeret, vt statim Par. VIII, vel de caulis earum figura falsum proderet, vel de germinatione earundem, id quod simul falsum esset, & paragrapho VIImo contradiceret, corruptam esse scripturam omnino est vero similius.

Emendabitur illa facillime, sola voce (*&*,) vocem (*quidem*) proxime quae 6
antecedit, delata. Verissimus enim ita erit sensus, (*& biiugo ordine quidem,*) intellige, quae germinant ex quadraticaulibus, (*alternatim proferunt folia.*)

Nihil inter dictandum frequentius accidit, quam vt vox aliqua in scriptu- 7
ram irrepat repetita, quam repeti nequaquam qui dictabat, voluerat.

Sequentia 3-6. adscribi textui possunt, perpauca si mutes. Tertium qui- 8
dem ad Cap. XIII, Par. II. ita: (*repetit C. XXVI, Par. III.*) & rursus ad Cap. XXVI, III. adiiciatur (vid. Cap. XIII, Par. II.) Quartum, vt scriptum est, ita retineatur. Quintum, ad Cap. XV, Par. IV. lin. 3. vocem (*Cyrsiis*) locum suum in Doxoscopiis Phys. min. habet Part. 2. Sect. 3. Frag. 4. c. 5. Assert. 3. sectiunc. 2. quo adiecto textum illud illustrabit. Sextum ad Cap. XV, Par. VI. immutandum ita est. (*Vid. C. XX, Par. VIII.*) Pertinet vero huc Assertio tertia loci ex Doxoscopiis modo citatis tota dignissima quae conferatur. Et poterant permulta ex Doxoscopiarum illarum Partis secundae Sectione tertia ad Isagoges praecepta illustranda citari; Quia autem illae editae sunt, legentis industriae relinqui ista opera potuit.

De Capitibus aliter ordinandis cogitatum fuisse D. *Fogelio*, indicant haec 9
quae in fronte B id est fascis 122, fol. 125, b. leguntur:

De PLANTA IN GENERE c. 1.
c. 2.
SECTIO
De Plantae Partibus Supernis I. de FOLIO in genere
Composito c. 3.
II. de CAVLE c. 2. 4 - 5.
III. de FLORE. Partes Floris Interiores - STAMEN. c. 20.
STILVS c. 21.
de Flore Simplici Vniformi c. 14.
Difformi c. 15.
Composito Secundum quid c. 16.
absolute Composito c. 17.
de Floris Situ c. 22.
IV. de FRVCTV c. 25.
De Plantae Partibus Infernis - de Radice c. 5. c. 10.

Voluerat nimirum Capitis 2di Par. 6. 7. 9. transferre ad Cap. 4. vt de caule quae agunt vno loco coniuncta legerentur. Sed reuocauerat ipse se. Subiecerat n. hac: (*Sed Cap. 3tium praerequirit definitionem Caulis in Folii definitione*) & quanquam, soluturus a pari hanc obiectionem, adiecerat (*de Flore etiam ante definitionem Floris*) Retinuerant tamen schedae vltimae fascis scil. 167. id est, *Paisenianae* auctoris dispositionem, quam solam venata est haec editio, & seruatam esse, Monenda haec passim iam confirmarunt.

Tantum de adscriptis a D. *Fogelio*.

MONENDVM XXVII.

Argumenta postremis Capitibus ideo praefiguntur prolixa, quia 1. subdiuisiones in illis cumulantur; 2. Membra pleraque exemplis potius quam definitionibus explicantur; 3. posterioribus membris priorum subdiuisiones saepe subiiciuntur; 4. quaedam etiam diuersis locis vel repetuntur vel disperguntur. Nata enim his ex rebus aliqua obscuritas, verbis auctoris haud mutatis, Argumenti dispositione ordinata optime poterat emendari.

MONENDVM XXVIII.

Denique, de herba qualibet in hac Isagoge quod notatur obseruatum, id requirenti vt sit in promptu, en exhibetur Index Alphabeticus herbarum omnium hic commemoratarum cum adscripto numero capitis, paragraphi, & lineae vbi reperire de ea liceat. Inserta eidem Indici sunt etiam alia pauca, quae non suo loco ab Auctore tradita possunt videri, vt argumentis capitum cum indice coniunctis totius operis materia sit conspicua. In indice tamen hoc Synonyma coniungere nunc non licuit. Reperientur ergo saepe obseruationes diuersae de eadem planta ad diuersa eius nomina. v. g. Eiusdem Plantae alia monstrabit Equiseti, alia Hippuridis vocabulum. Quod vni appellationi Auctor non inhaesit, voluit ille procul dubio plura appellamina vsu auditoribus reddere familiaria.

Aphyl-

G. Ga-

M. Mal-

Popu-

MONENDVM XXIX.

De perficienda magis Isagoge cogitare qui vult, ille si exempla cumulat, ordine eorum Alphabetico Lectoribus id praestabit commodi, vt quod ipsi obseruant, id addendum sit praeceptis, an in iis iam exhibitum, sine temporis iactura possint perspicere; Si exempla seligit, obuia locis omnibus secundum germinationis tempus ordinata, subiunctis aliis, secundum prouincias suas digestis, quid quando & vbi reperire liceat, commune facere poterunt.

MONENDVM XXX.

Huic quidem operae quae posita erat meta, ad eam est peruentum, dum effectum est, vt fascis 122 a foliis 103-162, item 169-185, item 210. 211. 222. 223. manum in perpetuum liceat amouere, dehinc iam rebus aliis absque vlla his ex foliis metuenda remora vacaturam.

DEO vero Triuni, Patri, Filio, & Spiritui Sancto soli sit omnis gloria. Is efficiat, vt admiranda suae prouidentiae opera magis indies liceat iuuetque inspicere, & his quoque testibus de praesentia & gubernatione eius conuicti mortales ab obsequio & fiducia Domini & Patris sui nolint discedere.

F I N I S.

D. IOACHIMI IVNGII

DE PLANTIS DOXOSCOPIAE PHYSICAE MINORES.



FRAGMENTVM I.

DE PLANTAE SPECIEBVS CONSTITVENDIS

PROOEMIVM.

Argumentum.

Assertio hæc *necessitatem* ostendit PLANTAS *ad* certa GENERA & SPECIES *reducendi.*

Sectiunculas habet 5.

ASSERTIO.

Sectiunc. 1.

PLANTÆ *nisi in* certa GENERA & SPECIES constanti ratione, non pro lubitu hujus vel illius, *redigantur*, *infinitum*, quasi reddetur Phytoscopiæ *studium.*

2. *Intellectus* autem humanus infinitum *fugit,* quia infinita pertransiri nequeunt.

3. *Ordo* autem classium *Generum*, *Specierum terminum infinitis* imponit, (*a*)

4. Præterea difficile admodum reddit Botanicum studium varia ac *discors Plantarum appellatio.*

5. Ejus autem discrepantiæ *causa* inter alias etiam hæc est, *quod* plerique ex Botanicis id *potius* dant operam, ut *novas stirpes proferant*, *quam* ut eas accurate *ad vera Genera* per Differentias specificas secundum Logicas leges *reducant.*

(*a*) *Linnæus* in Fundam. botan. VI. *Ludwig.* Institut. regn. vegetab. P. 1, C. 1. §. 27. seqq. nec non *Raji* diss. de variis Plantarum Methodis.

CAPVT I.

DE SVMMIS PLANTAE SPECIEBVS.

Argumentum.

I.

1. Nec SVFFRVTICIS *vox apta* est ad eam notionem exprimendam, quam Scaliger φρυγάνῳ tribuit, *neque* CREMII vocabulum. *

* Contra Julii Cæs. Scaliger. Exercit. 139.

2. *Præstat* nomen Suffruticis & Cremii abjicere, & *dicere Plantam Multicaulem, Plantam ab imo Ramosam, Plantam Vnicaulem;* & per differentiam *Perennis* in singulis divisionem continuare.

3. Ita *Frutex* erit *Planta Multicaulis Perennis;* & *Arbor* erit *Planta Vnicaulis Perennis.*

II.

II.

„ 1. Qui CREMIVM *cum Arbore* in eo *convenire* affirmant, quod „ *Trunco* sit *singulari*, sive Vnicaule; * ALTHÆAM & AGRIMONIAM inter *Cremia perperam* numerant. Vtraque enim est Multicaulis.

* Jul. Cæs. Scalig. dict. loc.

2. Jacobus Theodorus *Tabernæmontanus* in seines Kräuter-Buchs 1teri Theils, 4. sect. 17. Cap. (p. 337. K, edit. Francof. 1613.) expresse „ *Agrimoniam* describit, quod *plerumque binos Caules proferat*, & ita pingit (p. 338.)

3. *Dodonæus* Stirpium Histor. Pemtad. 1. l. 2. c. 7. pingit vel *quatuor Caulibus*, quorum tamen tres sint recisi.

4. *Althæa tres Caules* pingit Dodonæus Pemtad. 5. l. 1. c. 29. (nisi Pictor errarit, ut non Caules, sed Rami sint ab imo Caule.)

„ 5. *Sine Ramis* tamen *Caulem Agrimoniæ* recte Cæsalpinus, hoc est, Simplici Caule esse scribit, de Plantis l. 8. c. 4. initio. Ita omnes pingunt.

III.

1. *Vtrum plures Caules ex eodem oculo Radicis* prodeant, *an* ex *vicinis* tantum, ulterius *observandum* est.

2. Si ex *vicinis*, FRVTEX *ab* ARBORE non *differt*, nisi *secundum magis* & *minus*. Nam & *Arbores* e Radicibus *Stolones* emittunt.

IV.

1. Fieri potest, ut *Arborea Planta recisis Cymis* (hoc est cacuminibus caudicum majorum & adultiorum) *in Fruticem, Fruticosa, recisis Stolonibus, in Arborem* transeat.

2. *Quædam* ad utrumque potest esse *indifferens*.

3. Interim etiam *absque cultura in Arborem Planta* adolescit, dum unus Stipes reliquis Stipitibus quasi Stolonibus prævalet.

4. De LENTISCO *Pena* & *Lobelius* in Stirpium Adversariis „ p. 412. Antverp. edit. 1576. *Fallitur & fallit Senensis, quod pumilas* „ *recensens Lentiscos, alias a procerioribus speciè facit.*

„ 5. *Fit enim tantum resectis Cymis ad usum, ne in Arboris æmu-* „ *lationem assurgant.*

„ 6. Cla-

„ 6. *Clusius* item Rariorum Plantar. Histor. l. 1. c. 10. init. *Magna „ solum ex parte fruticat Lentiscus, multis ab una Radice Stolonibus & „ Virgultis assurgens, lentis & Viminis instar obsequiosis.*

„ 7. *Interdum vero, quando non cæditur, sed negligitur, (ut pleris- „ que locis ad Anan fluvium observavi) in Arborem justæ magnitudinis excrescit.*

8. De MYRTO *Theophrastus* Histor. Plantar. l. 1. c. 5.

„ ὁ δὲ Μύῤῥιν⊙ μὴ ἀνακαθαιρό- „ μεν⊙, ἐκθαμνοῦται.	*Myrtus nisi sæpius purgetur, in fruticem transit.*

9. Ergo vult natura esse Arborem & *cultura conservari in Arborum genere*, absque cultura tandem ex Arbore degenerare in Fruticem.

10. ILEX quoque COCCIFERA cultura coercetur in Fruticum ordine.

11. De RVTA vero *Tabernæmontanus* in seines Kräuter-Buchs „ 1ten Theils, 4. sect. 32. Cap. (p. 398. E, Francof. edit. 1613.) quod *cul- „ tura elevetur ad Arborum dignitatem, scilicet Rami & Stolones deputen- „ tur argenteo cultro, & Florum conceptus defringantur.*

„ 12. *Josephus* item de bello Jud. l. 7. c. 25, testatur, *Macherunte „ vixisse Arborem Rutam ab Herodis tempore usque ad bellum Judaicum „ sub Vespasiano, Ficu non minorem.*

13. *An* vero *Iosepho credendum* sit, *dubitari* posset, quia ibidem tra- „ dit fabulam *de Baaras Radice, quæ in valle Mocheruntis cum vitæ peri- „ culo eruatur* & *abigere valeat Dæmonia vivis immersa.*

14. Denique & SALVIA cultura *in Arbusculam grandescit*, Ramis inferioribus semper recisis.

V.

1. *Plantæ Divisio in* ARBOREM & HERBAM* *an Specifica* sit, videtur *quæri* posse. (*a*)

* Cæsalpini de Plantis l. 1. c. 13.

„ 2. MELONES enim *in Peruvia plantati Radice ac Caudice „ lignoso arborescunt, Arbore ad multos annos superstite*, quemadmodum scribit Petrus Laurembergius Horticulturæ l. 1. c. 13. auctore forte Josepho Acosta Ind. Histor. l. 4. c. 19.

(*a*) Conf. *Rivini* Epistolam ad Rajum de Methodo Plantar. edit. Londin. p. 4. seqq. & hujus responsoriam ibid. p. 30. seqq.

„ 3. RI-

„3. RICINVS *annua nec rediviva Planta* Penæ & Lobelio Adversar. p. 306. dicitur; (hoc est, ne Radicem quidem perennem habet, quæ novos producat Caules.)

„ 4. At *in Creta multos perdurat annos, & in tantam excrescit al-„titudinem, ut non nisi scalis admotis conscendi possit,* quod Bellonius „tradit Observat. l. 1. c. 18.

„ 5. Clusius item *in maritimis Bæticæ Ricinos crassitudine humana, „ altitudine trium hominum, multis prægrandibus, ramis brachiatas & „ multos annos durantes* (hoc est, veras Arbores) observavit, *easque ex-„actissime congruentes descriptioni Dioscoridis.*

„6. Vide ejus Scholia in Nicol. Monard. Historiam Simpl. Medicam, ex Novo Orbe c. 4.

7. Præterea *Instantiæ* contra Species dari possunt *hæ:*

„ ANCHVSA *Arborea* apud Prosperum Alpinum de Plantis Exoticis l. 1. c. 32. qui Anchusam esse negat, non ob magnitudinem sed ob alias causas;

„8. CANNABIS Mas, de qua in *Tabernæmontani* Kräuter-„Buchs 2. Theils 5. Sect. 11. Cap. (p. 263. init.) Caspar Bauhinus: „wächst bisweilen so hoch, wie ein ziemlichs Bäumlein, so kan man „auch Kohlen daraus brennen zum Büchsenpulver;

„9. CARYOPHYLLVS *Arborescens* apud eundem Alpinum dicti l. 1. c. 19.

10. CHAMÆNERION, sive Onagra, sive Antoniana, sive Epi-„lobium, & NERION alibi *Frutex,* in Creta *trabes ædificiis suppeditans,* ut est apud Bellonium l. de neglecta Cultura Stirp. Problem. 12.

„11. CYANVS *Arboreus* tam *Longifolius* quam *Latifolius* apud Prosperum Alpinum de Plantis Exoticis l. 1. c. 15. & c. 16.

12. EBVLVS, Græce χαμαιάκτη & SAMBVCVS, ἀκτῆ, ex „quibus *Sambucus Virgas multas* fert *a Radice, Ebulo* vero *Caulem Simplicem* tribuit Cæsalpinus de Plantis l. 5. c. 13. init.; *Bijugæ* tamen *in utroque Frondes* & *in* utriusque *Fructu Flosculi* insident;

„13. GOSSIPIVM *in Syria Planta annua; in Ægypto Arbor perennis,* de qua Prosper Alpinus l. de Plantis Ægypti c. 18.

„14. LINVM *Arborescens* ejusdem Alpini, de quo vide librum de Plantis Exoticis c. 10.

15. MALVA *Arborescens*, de qua jam olim Theophrastus Histor. Plantar. l. 1. c. 5. scripsit,

„μῆκος καὶ πάχος δορατιαῖον „γίνεσθαι, διὸ καὶ βακτηρίαις αὐταῖς „χρῆσθαι.	*longitudine & crassitie instar hastæ grandescere, quare & ad baculi usum venire;*

„16. PHASEOLVS, qui apud nos Herba Sarmentosa, *in Ægypto* „*Arbor* fit *Sarmentosa, Vitis magnitudine, vel centum annos durans* & *perpe*„*tuo virens;* ut testatur sæpius dictus Alpinus l. de Plantis Ægypti c. 20.

„17. PORTVLACA Hortensis, & Marina sive HALIMVS „*Ramis lignosis. Radix* hujus, imo *tota Stirps per Hiemem vivax, pau*„*cis foliis defluentibus*, apud Dodonæum Stirpium Histor. Pemptad. 6. l. 2. c. 10.

„18. SCABIOSA *Arborea* apud Prosperum Alpinum de Plantis Exotic. l. 1. c. 17.

„19. Et TITHYMALVS *Arboreus* sive Dendroides, qui *in* „*Creta* nascitur, *ad duorum hominum altitudinem, crassitie coxæ humanæ* (forte femoris.) Vide Bellonium Observat. l. 1. c. 17. & Prosp. Alpinum de Plantis Exoticis l. 1. c. 29.

VI.

1. PRÆDICAMENTIS BOTANICIS *obstant* etiam MVZA, *Arbor annua*, hoc est, Caudice annuo & semel tantum fructifero, apud Oviedum Histor. Ind. l. 8. c. 1. cujus descriptionem Clusius etiam, sed Latinam a se factam Notis suis in Garsiæ ab Horto Aromatum &c. Historiæ Epitom. c. 10. adjunxit. (*a*)

2. FICVS INDICA, quæ *magis differt ab Arbore, Frutice, Herba, quam hæc inter se;*

3. & PALMA tam DACTYLIFERA quam NVCIFERA. *Non* ita *Ramos* fert, *ut aliæ* Arbores.

VII.

1. Si omnis HERBA *plura præter bina Folia* profert *e Fundo* (e Radice) *ante*quam *Caulem* producat, *Alsine non* est *Herba*. & forsan multæ *aliæ*.

Contra Julium Cæs. Scalig. Exercit. 139. & Commentar. in Aristot. l. 1. de Plantis (p. 62. Genev. edit. 1566.)

(*a*) Confirmavit hoc avtopsia, ubi Mense Januar. hujus anni 1747 hæc in Horto Sereniss. nostri Principis, *FRANC. IOSIÆ, Duc. Sax.* hic Coburgi raro & jucundo spectaculo, successive in tribus singularibus plantis floruit.

2. De

2. De *Lilio Purpureo* Dodonæus Stirp. Histor. Pemptad. 2. l. 2. „ c. 2. initio: *Folia circa Caulem multa, sed ante ejus exortum e Radicibus nulla.* (hoc est, nulla e Radice Folia, ut in Lilio Candido.)

3. Deinde *Caules* qui *anticipant Folia*, oppugnant hanc Herbæ Definitionem, ut *in Tussilagine.* Observatione digna est Pullulatio hujus Plantæ e Semine.

VIII.

Si Herba est, quæ Folia circa Caput Radicis profert ante Caulem, illa *magis Herba* est, vel etiam aliud nomen meretur ultra Herbam, *quæ Folia* ista Herbacea *producit absque Caule*, *Caulem* autem *altero* vel *tertio* demum *anno*, ut *Cynoglossum.*

IX.

Planta *quæ Caule* omnino *caret*, *magis* differt *ab* ea, quæ *ante Caulem Foliosa* est, quam *hæc ab* ea, quæ *non nisi Caule Foliosa* est.

X.

1. Si *Simplicitas* & *Multiplicitas Caudicis Differentiam* facit, *Herba sub* alterutro, *Arbore* vel *Frutice* comprehendetur.

Adversus Guilandin. de Papyr. membr. 1. sect. 19.

2. Atque ita maximum Divisionis vitium commissum fuerit, *nisi* eam solam *Herbam* dicant, *quæ nullum* unquam *Caulem* emittit, ut *Filix.*

XI.

„1. Epicrates Comicus *auditorium Platonis* traducebat, quod in-„quireret *Genus Cucurbitæ*, utrum *Arbor*, an OLVS, an *Herba* foret, Athenæus l. 2. Δειπνοσοφ. (p. 59. D & sequ. liter. edit. Commelin.) versus illos servavit.

2. *Aristoteles* quoque, vel quisquis auctor sit, de Plantis l. 1. c. 4. „ hisce 4. Summis Generibus; *Arbore, Frutice, Herba, Olere, Plantarum naturam* comprehendit.

3. Nos *Olus ullius Plantæ Genus* esse *negamus.* (*b*)

(*b*) Quæ circa genericam plantarum denominationem desiderari possint, hactenus docuit autor noster. Veras vero constituendi caracteris generici, & denominationis rationes docet Cl. *Linnæus* in Fundamentis botanicis VII. *It.* in Critica botanica p. 1. seqq. copiosius, nec non Cl. *Chr. Gottl. Ludwig* in Institutionibus regni vegetabilis P. I. Cap. IV. qui consuli queunt.

CAPVT II.

DE INFERIORIBVS PLANTÆ SPECIEBVS. (c)

Argumentum.

1 Assertio in Plantæ Speciebus constituendis FOLIA *potissimum consideranda* esse docet. Sectiunculas habet 5.
2 *quale* SOPHISMA sit, *cum modo Figura, modo Odor & Sapor* consideratur. Sectiunc. 4.
3 DIFFERENTIAS quasdam ACCIDENTALES proponit. Sectiunc. 56.

I.

1. Quamvis *Botanici* in Generibus discrepent, tamen *in Speciebus magis conveniunt*, & sive in illis discrepent, sive conveniant, *semper* tamen *ad* FIGVRAM *respiciunt*. Alius *Florem* & Fructum sive *Semen;* alius *Radicem;* alius *Folia* respicit.

Vid. Cæsalpin. de Plantis l. 1. c. 12. & 13. & Spigel. Isagog. in rem Herbar. l. 1. c. 55.

2. Ego autem *potius* FOLIA respicio, quia ea *quavis* fere *Plantæ ætate* reperiuntur, & *maxime perspicuæ partes* sunt.

3. *Radices* enim, quamvis semper adsint, *non* tamen *oculis prostant;* *Flores* vero plurimi quidem pulcritudiue sua oculi aciem in se convertunt, at *non diu videntur;* *Semina* denique *quomodo sita* sint, propter summam eorum subtilitatem *sæpius ignoratur*.

4. Interim non diffiteor, quod *Floris* & *Seminis situs* quandoque *magis cognationem arguat Speciei*, quam *Foliorum*.

5. Ejus exempla habes evidentia *in Ranunculis, Geraniis, Potamo-„getonibus,* sc. *Incubante, Plantaginifolia* (est *Potamogeton altera* Do-„donæi Stirp. Histor. Pemptad. 4. l. 5. c. 2) *Crispifolia* (sub *Tribuli* „*Aquatici* nomine a Clusio Rarior. Plantar. Histor. l. 6. c. ult. descripta) & *Angustifolia*.

(c) In nominibus specificis constituendis quæ rejicienda, quæ admittenda, pluribus docent Cl. *Linnæus* in Fundam. botan. VIII. & in Crit. botan. p. 146. 201. seqq. Conf. Ejusd. Prolegomina ad Flor. Lapponicam p. 7. & Cl. *Ludwig* in Institut. regni vegetabilis Part. I. Cap. V.

II.

II.

1. Dum Botanici in Plantis nominandis & ſub Genera redigendis *modo Figuram* conſiderant, *modo* præferunt *Odorem* & *Saporem*; eſt SOPHISMA *Homonymiæ longinquum.* Ideo non tam facile deprehenditur.

„ 2. Ita *Figuram in Moly Virginiano* Caſpar Bauhinus Pinac. Theatri Botanici Appendic. ad pag. 75.

„ 3. *Odorem* & *Saporem* conſiderat *in Botry Mexicana*, quam *Figu-* „*ra alias Atriplici propriorem* fatetur, dicta Append. ad pag. 138. lin. 21.

„ 4. Rurſus *Odorem negligit*, quando *inter Valerianas* refert ali- „ quot *Species Inodoras* Pinac. dict. l. 4. ſect. 6.

III.

1. DIFFERENTIÆ *a Spinis*, *Colore*, *Odore*, *Sapore*, *Facultatibus Medicis*, *Loco*, *Tempore Germinationis*, *Numero* denique *Florum* vel *Fructuum* deſumtæ ACCIDENTALES ſuut, & Speciem non variant.

2. A SPINIS ordiar.

3. ACANTHUS *Sativus* Foliorum inciſura, κιτλαρίοις ſive, „ Nucamentis, Thyrſo, Floribus, *convenit cum Silveſtri.* At *hic Spinoſus*, „ *ille in Italia* prorſus *non Spinoſus*, *in Græcia* κιτλάρια habet *Spinoſa*, ſi „ Dioſcoridi credendum l. 3. c. 19.

4. ASPARAGUS *Silveſtris* & *Hortenſis* itidem ſunt ſub eodem Genere.

5. Uti nec CHAMÆDRYS *Spinoſa* variat Speciem, Caſpari Bauhino in Phytopinac. l. 7. Sect. 1. in Chamædr. 4. deſcripta.

6. CINARÆ *nulla*, inquit Dodonæus (Stirp. Hiſtor. Pemptad. „ 5. l. 5. c. 6. init.) *vere Genera ſunt. Nam Aculeata & Spinoſa Cina-* „ *ra, quam Carduum vocant* (*Itali Cardo*) *nonniſi degenerans Cinara eſt;* „ *ex ejusdem ſiquidem Stirpis Semine utraque tam Spinoſa quam Non-* „ *ſpinoſa naſcitur.* Et paulo poſt: *Cinaræ Folia & Coni Spinis carent,* „ *aut omnino paucis obſita.* Poſt: *Spinoſa Cinara Foliorum angulos, &* „ *Coni Squamas pungentibus Spinis armatas habet.*

„8. Scilicet passim docetur, *Seminis summitate fracta, Cinaras na-„sci Non-spinosas.*

9. In MESPILIS *per insitionem Spinæ desinunt*. Vide Bauhin. Pinac. l. 12. sect. 1. in Mespil. 2.

10. PRVNVS *Silvestris* & PYRVS *Silvestris Spinosæ* sunt, non differunt tamen Specie a Sativis.

„11. ROSA *sine Spinis* est *quinta* inter eas, quas *Tabernæmontanus* Kräuter-Buchs 3ten Theils 3. Sect. 100. Cap. (pag. 809.) describit.

„12. RVBI IDÆI (Hindbeeren) *Turiones tenelli Spinis quandoque* „*carent*, ut Dodonæus habet Stirp. Histor. Pemptad. 6. l. 1. c. 2. initio.

„13. SOLANVM *Pomi duri* & *striati ferax* Casp. Bauhini, seu „*Mala Æthiopica* Dodonæi, habet *in Caule aliquando, ut & in Foliis,* „*modo inferne, modo superne parvos Aculeos*, uti Bauhinus describit in Pinac. l. 5. Sect. 1. in Solan. 14. 2.

14. SONCHVS denique *Spinosus* & *Lævis* Specie non differunt.

„15. A COLORE quidem apud Plinium l. 15. c. 30. post init. „in TINO *Differentiæ a Lauro ratio* sumitur, quod, cum Lauri „*Bacca* sit Nigricans, Tinus *Cærulea* inveniatur. Sed hæc ratio *nullius* est *momenti*. Vera ratio *Generis discrimen* ostendens in Tino est primo *Parilitas Foliorum & Ramorum*, secundo *Vmbella.*

16. Neque varii Colores in TVLIPÆ *Floribus*, aut *Fructu* MAIZI Indici Species discernunt.

17. Ex ODORE *non* esse *distinguendas Species, argumento* est „SALVIÆ *Species*, quæ nonnisi *rubro Flore* & *Absinthii Odore* „differt a reliquis Salviæ Speciebus, cujus meminit primus Caspar Bauhinus in Phytopinac. l. 6. sect. 6. in Salv. 3. & in Pinac. Theatri in Salv. 4.

„18. Ita EQVISETVM *Olidum* (*Sulfureo Cœnoso* nimirum „*Odore*) Casparis Bauhini in Phytopin. l. 1. sect. 2. in Equis. ult. reliquis *Odore cassis accensetur*. Vide & Pinac.

19. *Alius Odor* ROSÆ *Moscatæ*, *alius Eglenteriæ*. Rosa *Lutea absque Odore* est, & absque Viribus Medicis. Ajunt eam provenire *Rosæ Surculo Genisto insito.*

20. LO-

20. LOCIS etiam *Odores variantur & Sapores.*

„21. CARPOCHENOPODE Fabii Columnæ Minus cogni-„tar. & Rarior. Stirp. Ecphraſ. Part. 1. c. 60. & 124. (*Alyſſo Germanico „Lobelii*) *elixa Pulmenti inſtar veſcuntur Montani, & Pharmacopœi qui-„dam Boraginis uſualis loco utuntur*, teſte Columna dicto c. 60. fin. & init. *Apud nos Fœtorem Cynogloſſi* quamvis remiſſiorem refert.

„22. IRIS *Odoratior in Illyride, quam in Macedonia; in Thracia „vero, Locisque frigidioribus Odore penitus caret*, ut Theophraſtus tradit de Cauſis Plant. l. 6. c. 28.

„23. OENANTHE, teſte Athenæo Δειπνοσοφ. l. 15. (p. 689. „lit. D. E. Commelin. edit.) *copioſa in Cypri montoſis gignitur* (ex qua „*Oenanthinum unguentum* quod *plurimi fit.*) *Græcia hoc unguentum „non præparat, quoniam inodora eſt Oenanthe, quæ in ea provenit.*

„24. SERPYLLVM *vulgare minus*, ſive *Sextum* Caſparis *Bau-„hini pro cœli & Loci diverſitate Odorem mutat & Inodorum reperitur:* „& *Septimum* ejusdem *aliquando Inodorum* eſt, in Pinac. l. 6. ſect. 4.

„25. STACHYS *Aquatica* Tabernæmontani wächſt an Waſ-„ſern viel. Da reucht die Wurzel nicht. Wächſt auch unterwei-„len auf den Ackern, die es oft gantz einnimmt, da die Wurzeln lieb-„lich riechen, wie der Benedicten (Caryophyllatæ.) Ita Caſpar Bauhinus in Tabernæmont. Kräuter-Buchs 2ten Theils 2. ſect. 25. Cap. (p. 100. lit. E & F.)

„26. TRIFOLII *Bituminoſi Semen Italicum in Germania pro-„fert Plantam Odore Bituminoſo. At Semen Plantæ in Germania edu-„catæ rurſus ſatum, Plantam Sapore & Odore deficientem producit*, uti obſervat Caſpar Bauhin. Pinac. l. 8. ſect. 6. in Trifol. 1.

27. *Nec* SAPOR igitur *Speciem variat.*

28. AMYGDALÆ præterea *Ducles* & *Amaræ*. *Ex Amaris „quomodo Ducles* fiant, docet Theophraſtus Hiſtor. Plant. l. 2. c. 8. fin. & de Cauſis Plant. l. 1. c. 21. fin. & ex eo Plinius l. 17. c. 27. paulo poſt „init. Rurſus *κολύσει* ſive *amputatione Amaras effici* Theophraſtus annotat. de Cauſ. Plant. l. 5. c. 24. fin.

29. Ita FOENICVLVM *Marinum Sapore* multum *differt a Communi* Fœniculo.

„30. *Ad* HELENIVM *Helianthema* ſive Flores Solis *reducuntur*

tur a Casp. Bauhino Pinac. l. 7. sect. 4. fin. in Helen. 3. & sequ. At *Helenium* est *Amarum*, *Helianthema Edules* habent alia *Radices*, alia *Folia*, aut *Caules*.

31. Ita PASTINACA *Marina Sapore* multum *differt a Communi* Pastinaca.

32. Ita PSYLLII forsan *Species* est *Kali Roseum*, sive *tertium* Prosperi *Alpini* l. de Plantis Ægypti c. 42. etiamsi Sapor longe discrepet.

Conf. Fragm. 3. c. 1. assert. 1.

„33. *Ex* PVNICIS *Acidis Stercoratione Dulcia facere* docet Plinius l. 17. c. 27. paulo ante finem. Confer. Theophrast. de Causis Plant. l. 3. c. 23. paulo post init.

„34. VIPERARIA sive Scorzonera alia *Radices* habet *Subdul-„ces, nihil discrepantes a Radicibus Tragopogonis;* alia *Amaras Gentianæ instar*. Casp. Bauhin. Pinac. l. 7. sect. 4. in Scorzon. Latifol. 1.

„35. A FACVLTATIBVS MEDICIS Botanici Auctores sæpius *Differentias* Plantarum sumunt, *Dioscoridem secuti*. *Hic* si *a Figura* potius quam Facultatibus Plantas *descripsisset*, tantum inter Botanicos nostros *litigium non* esset.

„36. *Ejusdem Speciei* esse statuunt Pena & Lobelius

„ *Cucumerem Silvestrem*	*& Sativum*,
„ *Colocynthidem*	*& Cucurbitas*,
„ *Thapsiam*	*& Ferulam*,
„ *Crocum*	*& Colchicum*,
„ *Scammonium* } „ *Soldanellam* }	*& Convolvulum*,
„ *Sisymbrium*	*& Mentham*,
„ *Hieracia*	*& Chondrillam*.

37. *Hæc a Dioscoride divulsa a se invicem* conqueruntur in Præfat. in Adversaria.

38. Ita *sub* CONSOLIDARVM, *Solidaginum*, *Symphytorum titulis diversissimi Generis Plantas* proponunt, cum tamen *Consolidæ nomen non* magis *Speciem designet aut Genus*, atque Oleris nomen.

Conf. c. 1. assert. ult.

„39. Ita *sub* SANICVLIS etiam *Auriculam Vrsi* comprehendunt,

„dunt, & *Saniculam Alpinam luteam* vocant*, quia *ad Enterocelas* valet. Caule est *nudo, in Vmbellam pendulam terminato.*

* Casp. Bauh. Pinac. l. 6. sect. 6. Sanic. 1.

40. Ita in SAXIFRAGARVM classem referuntur *Vmbelliferæ variæ, Caryophylli, Alsinæ, & aliæ.*

Conf. Pen. & Lobel. Adversar. in Bipinel. Saxifrag. (p. 321.)

„41. *Colutea* SENÆ *Genus non est,* ait Bellonius apud Casparem „Bauhinum Pinac. l. 11. s. 1. circa fin. in Colut. 1. *cum nullas Facultates* „*cum Sena communes habeat.*

42. Dodonæus CARDVOS qui nutriunt, hoc est *Edules,* ut est *Scolymus; Medicos,* quales sunt *Carduus Benedictus, Carduus Mariæ, Eryngia, Carlina;* & *Venenatos,* quibus accenset *Chamæleontem nigrum, uno libro* (Pemptadis 5 quinto) complexus est *contra* librorum *reliquorum dispositionem.*

43. Verum enim vero ex Differentiæ magis sunt Essentiales, quæ minus *Locis* & *Tempore* variantur. Atqui *Efficaciæ* illæ (hoc est vel nocendi vel commodandi Animalibus Potentiæ) *variantur,* quemadmodum Odores & Sapores, & præterea *respectivum quid* sunt.

44. PANIS *Homini* est *Salutaris; Accipitri Venenum:*

45. CICVTA *Homini Venenum; Coturnici Cibus,* ut *Aranea Gallinis.*

„46. Ita PERSEA *apud alios Venenatum Fructum, in Ægypto* „*Suavem* & *Salubrem fert.* Vide Dioscorid. l. 1. c. 188.

47. Ita PAPAVER *in nostro Climate non* præbet *Opium.*

48. *Nec* ALOE *Succum* quem in India, quamvis in Italia Flores proferat.

49. ALOCO *non variari Species* ex sectiunc. 20 & seq patuit. Nunc adde *Hortensis, Campestris, Silvestris, Marini* Differentias.

50. A TEMPORE GERMINATIONIS *non sumendam Specierum diversitatem* vel hinc patet, quod CYCLAMINI *Species* quædam *Vere,* quædam *Æstate,* quædam *Auctumno* & *Vere floreant.*

51. A NVMERO denique *Florum* vel *Fructuum non discerni Species* hinc ostenditur, quia *Plurimos eodem Petiolo Flores* fert.

PERICLYMENON; *Binos* XYLOSTEON *utrumque Dodonæi* Pemptad. 3. l. 3. c. 24. *Periclymenon* utrumque fert *Baccas* eo-

L dem

dem Petiolo *Plures in Vvam compactas; Xylosteon majus Binas; Minus Singulas* Singulis Petiolis: Et tamen *hæ omnes* Plantæ propter alias similitudines *eadem* comprehendi debere *Specie* videntur.

„52. *Ad* Accidentales hasce Differentias *refer* CANITIEM.

„53. CYTISVS *Lobelii* PRIOR Stirp. Adversar. (p. 387.) sive *Cytisus Incanus* Siliqua longiore *in Hortos translatus Canitiem amittit.* Casp. Bauhin. in Pinac. l. 11. sect. 1. init. in 4.

54. Item DIFFERENTIAS, interdum & LVSVS NATVRÆ, *in* FOLIIS, quæ non videntur Speciem semper mutare.

. 55. *Experimentum* fieri posset *serendo* SERRATVLAM *ali-* „*quot annis in variis locis.* *Quatuor* enim ejus *Differentias in Foliis* ita notat. Caspar Bauhinus in Pinac. l. 6. sect. 5. circa fin., ut tamen Speciem ideo non variari tacite quasi innuat.

„56. MOLLEA (Arbor Peruana) dum *juvenis* est, *Marginem* „Foliorum *Crenatum*, *adulta integrum* habet, teste Clusio in Scholiis ad Nicol. Monard. Histor. Simpl. Medicam. ex Novo Orbe c. 24. Confer ejus Curas Poster. (p. 94. edit. Lugdun. Batav. 1611.)

FRAGMENTVM II.

DE NOMINIBVS PLANTARVM.

Argumentum.

1 Assertio nimium *studium Plantas ad* VETERVM NOMENCLATVRAM *referendi improbat.* Sectiunculas habet 2.

2 NOMINA, *unde alterius Speciei opinionem concipimus*, præsertim *a* LOCIS sumta, *rejicit.* Sectiunc. 10.

3 Sæpe *ex falsa* PESVASIONE *Plantas nominari* ostendit. Sectiunc. 3.

I.

„1. Dodonæus Stirpium Hist. Pemptad. 6. l. 2. c. 13. fin. de Vacciniis: „ *In tanta Veterum brevitate quid poterit certi adferri, aut statui?*

2. Opor-

2. Oportet ergo, ut iſtud *ſtudium* omnes *Plantas ad* VETERVM NOMENCLATVRAM *referendi ne* ſit *nimium.*

II.

1. NOMINA hæc Frauenmünz, Maurrauten, Wundrauten, Geißrauten *nullius* ſunt *pretii*, quia *alterius Speciei opinionem* nobis afferunt.

2. Tale etiam eſt Nomen Römiſch Salbey &c.

3. *Non* enim *Didacticum* & Philoſophicum eſt, *a* LOCIS FORTVITIS *denominare* Plantas.

4. *Loca Fortuita* appello, ut *Indiam*, *Pannoniam*, *Salmanticam*, *Zacynthum*, *Montiſpeſſulum* &c.

5. Pena & Lobelius Stirpium Adverſar. p. 83. (Antverp. edit. „1576.) de *Condrilla Marina Bulboſa: Si Athenis nobis dono miſſa fuiſſet*, „*haud tamen continuo magis Athenienſium, quam Monſpelienſium Narbo-* „*nenſiumve Cichorium nuncupanda fuiſſet.*

6. *Præſtat* ergo denominare Plantas *a Figura* & aliis *Accidentibus per ſe* competentibus.

7. *Onomatopœiæ* enim *a* Regionibus & ceteris *Locis* ſunt *intutæ.*

„8. *Alcea Veſicaria malo* dicere cum Dodonæo (Stirp. Hiſtor. Pempt. 5. l. 1. c. 32.) quam cum aliis ALCEA VENETA.

„9. *Clematis Daphnoides* Plinio teſte l. 24. c. 15. aliis CLEMA- „TIS ÆGYPTIA *dicebatur.* Sed quid attinet Ægyptiam cognominare, cum *in Germania* multis Locis, etiam *Roſtochii* creſcat?

„10. *Totam-Sanam*, ſeu *Androſæmum Dodonæi*, Itali SICILIANAM vocant, quia in Sicilia ſola creſcere exiſtimant, cum tamen plu- „rima reperiatur *in Angliæ ſilvis & nemoribus*, teſtibus Pena & Lobelio, Stirp. Adverſar. (p. 280. init.) *Ipſe* eam ſponte naſcentem *in Euganeis reperi.*

III.

1. *Nomenclatura* ſæpe eſt *ex falſa* PERSVASIONE.

2. Vt: ACORVS dicitur Kalmus, quia *putabatur* eſſe *Calamus Aromaticus*, a Tabernæmontano Kräuter-Buchs 2ten Theils 7. „ſect. 1. Cap. (p. 354. Francof. ed. 1613.) dicitur Afterwurz (vitioſe „impreſſum Akkerwurz.)

Vid. Matthiol. in Dioſcor. l. 1. c. 2.

 3. Ita

3. Ita CENTAVRIVM creditum est Nomen habere *a centum* „*aureis*, unde Tausendgüldenkraut dictum; quod *a Chirone Centau-* „*ro cognominatum* scribit Plinius l. 25. c. 4.

FRAGMENTVM III.

DE

HOMOIDIA IN QVIBVSDAM PLANTIS NEGLECTA.

PORTIONIS I.

DE PLANTIS QVIBVSDAM HOMONYMIS JVXTA ALPHABETI ORDINEM,

CAP. I.

sive

Litera A.

Argumentum.

1	Assertio indicat, *quænam Plantæ male conveniant*	ABROTONI *nomine*.	Sectiunculas habet	3.
2	*quæ*	ACANTHI		
		ACERIS		
		ACETOSÆ		
		ACONITI *nomine*.	Sectiunc.	7.
3	*quæ*	ADIANTI.		
4	*quæ*	ALSINES.	Sectiunc.	7.
5	*quæ*	ANONIDIS		
	&	ANTHYLLIDIS.	Sectiunc.	7.
6	*quæ*	APII.		
			Sectiunc.	4.
7	*quæ*	ASPERVLÆ.		

I. sive

I. five AB.

1. ABROTONVM FEMINA, five Sanctolina, five Chamæcyparissus, non est ejusdem Speciei cum Abrotono MARE, etiamsi Dioscorides l. 3. c. 29. sub eodem nomine conjugat. (*d*)

„2. Abrotonum LATIFOLIVM Tabernæmontani Kräuterb. „1sten Theils 1. sect. 11. Cap. (p. 51.) five Inodorum & Insipidum, *vul- „tu, Folio, Flore & Semine Artemisiæ Tenuifoliæ* esse, scribit Lobelius in Stirp. Observation. p. 444. (Antverp. edit. 1576.)

3. Cur ergo non potius *Artemisia Fatua* dicitur?

II. five AC.

1. ACANTHVS GERMANICVS & ITALICVS (Teutsch und Welsch Bärenklau) diversissimæ sunt Species.

2. ACEREM *Majorem* Galli *Plasne* (Plane) vocant, & *Minorem*, *Erable*. Quod si PLANTANVM quoque *Plasne* vocant, *labuntur in* idem *vitium*, in quod *Germani*, dum Platanum Welsch Ahorn appellant, & *Acerem Minorem* quidam Mahsholder.

3. (Item *Saxones* distinguunt Löhnen & Ahorn.)

„4. ACETOSÆ (Saurampfer) Species Falsæ: Buchampfer, „Saurkleh Tabernæmontani Kräuterb. 2ten Theils 4. sect. 29. Cap. (p. 237.)

5. ACONITVM BACCIFERVM, five Christophoriana non est Aconitum, quia *Triangulata* est *Foliatura* & *Baccifera; Flores* sunt *Vniformes* parvi *ex Foliis* compositi.

6. *Aconitum Foliatura Singulari, Simplici*, aut inter Laciniatam & Digitatam *ambigente: Flos Cucullatus* aut Galeatus; *Semen in Siliquis ternis coaptatis.*

7. Aconitum HIEMALE est *Flore Ranunculorum*, *Siliquis ternis* aut *quaternis Lycoctonon* æmulatur, *situ Folii singulare ad Anemonas* accedit, quemadmodum & *Radice Tuberosa.* Ergo non pertinet ad Aconita & Napellos ceteros. Confer. Dodonæum Stirp. Hist. Pemptad. 3. l. 4. c. 10.

III. five AD.

ADIANTVM AVREVM (Gülden Widertoht) *nec* ADI-

(*d*) *Linnæi* Crit. botan. p. 188.

ANTVM est, *nec Trichomanes*, (Wiedertodt) quia *Caulem habet*, cum illorum neutrum Caule præditum sit.

IV. sive AL.

1. ALSINES Species non sunt ALSINE HEDERACEA & Alsine TRISSAGINEA, ut vel *ex Floribus* constat, quorum *Foliola* in Alsines veris Speciebus sunt profundissime secta, in his *non* sunt *secta*.

2. Deinde Hederacea & Trissaginea *in inferiore parte Cauliculorum Pariliter Folia* & *Germania* gerunt; *in superiore Sigillatim*.

3. Etiamsi *utraque* libenter *Gallinæ vescantur*, non tamen Alsine & Alsine Hederacea unius sunt Speciei.

„4. ANDROSACES *alterum Matthioli non* est *Alsines Species*, „ut Pena & Lobelius putant in Stirp. Adversf. p. 166. med., neque *Al-„sinæ affine*, ut Caspar Bauhinus Pinac. l. 7. sect. 1. in Alsin. 16.

5. *Folia ad Plantaginem* accedunt, nisi quod *Denticulata*. *Flores non* sunt *Fissa Fronte*, ut Alsinarum Folia.

6. *Caulis determinate Foliatus*, quod non est in Alsine: *Fundo Folioso*, quod itidem non est in Alsine, sed in Plantagine, Vide Clusium Rarior. Plantar. Histor. l. 5. c. 32.

7. SPERGVLA quoque non est Alsine Species, ut Fabius Columna minus cognitar. Stirp. Ecphras. part. 2. c. 34. fin., & Caspar Bauhin, Pinac. l. 7. sect. 1. post Alsin. 18. existimant.

V. sive AN.

1. ANONIS NON-SPINOSA, si recte pingitur a Clusio Rarior. Plantarum Histor. l. 1. c. 67. & Tabernæmontano Kräuterb. 2ten Theils 4. sect. 31. Cap. (p. 240.) *Foliis* nimium quantum *discrepat ab Anonide*.

2. *Folium* enim a lata basi *in angustum deductum*, rursus *in bina Folia finditur*, æqualia vel inæqualia, interdum *in unum*.

3. *Observandum an* tanta sit *convenientia in Floribus* & *Seminibus*.

„4. *Miror* Clusio *missam* esse *nomine Trifolii Fœtidi*, item *Clusium* „scribere, quod *tota facie Anonidem vulgarem referat*.

„5. ANTHYLLIDIS Species non est Anthyllis LEGVMI-„NOSA VTRAQVE Dodonæi Pemptad. 4. l. 3. c. 22. & Lobelii „Stirp.

„Stirp. Obſerv. (p. 530.) quarum poſterior *Glaux Dioſcoridis* dicitur Lobelio Obſervat. dictis p. 526. & Clufio Rarior. Plantar. Hiſt. l. 6. c. 50.

„6. Plinius l. 21. c. 29. & l. 26. c. 8. paulo ante finem *Anthyllion* vocat ab ἄνθος deductum ea forma, qua ab εἶδος fit εἰδύλλιον.

„7. LENTIFOLIA quoque vel *Peplidos facie* Penæ & Lobelii Stirp. Adverſar. (p. 195.) rejicienda videtur, quia *non eſt Diblaſtos.*

VI. ſive AP.

„1. APIIS eximo ELEOSELINVM Lobelii Stirp. Obſerv. p. 405. & Dodonæi Pemptad. 5. l. 4. c. 2. ſeu *Paluſtre Apium*, quod Officinis abſolute *Apium* dicitur, ſi recte pictum eſt a Lobelio & Dodonæo.

2. *Si* enim verum eſt, *idem* eſſe Caſparis *Bauhini* & *Lobelii, Dodonæique*, hi *non recte* pingi curarunt, quia pingunt *Pennatis Ramaſtris*, cum *Bauhinus* in Matthiol. ad Dioſcoridis l. 3. c. 64. pingat Cuneatis ſive *Triangulatis Ramaſtris*, quamvis *Petiolis curtioribus* quam in *Hortenſi* vel *Macedonico.*

„3. DAVCVS PALVSTRIS *Geſneri* l. de Hort. German. videtur *Folia Tenuiora* habere, quam ut Apiis accenſeri poſſit.

4. SIVM (Waſſermerck) perperam quoque *Apium Aquaticum* & *Apium Paluſtre* dicitur, quia *Folia* Sii prorſus *Pennata* ſunt.

VII. ſive AS.

„ASPERVLA AVREA ſive *Cruciata Minor* Lobelii Stirp. Obſerv. p. 467. (Golden Walmeiſter) *quaterna in Geniculis* habet *Folia.* Non itaque ad Aſperulam ODORATAM ſeu Hepaticam Stellarem referenda eſt, ſed potius *ad Rubiam Taurinenſem* ejusd. ibid. p. 465. quæ itidem, quia *Quadrifoliis* eſt *Geniculis*, Rubiis accenſeri non debet.

CAP. II.

ſive

Litera B.

Argumentum.

1	Aſſertio *quæ* BALSAMINÆ *nomine male congruant*, deſignat.	Sectiuculas habet	3.
2	*quæ* BELLIDIS *nomine.*		
3	*quæ* BRASSICÆ.	Sectiunc.	4.

I. ſive

I. five BA.

„1. BALSAMINA Repens, five MAS, five *Cucumerina* Lobelii „ Stirpium Obfervat. p. 369. five Momordica, non recte fub ean- „ dem Speciem refertur cum duabus CATANANCIS a Cafp. Bau- „ hino in Pinac. l. 8. fect. 3. in Balfamin. 1. 2. & 3.

2. Eadem *Charantia* Dodonæo Pemptad. 5. l. 2. c. 8. inepte dicitur.

3. Balfamina Mas & FEMINA itidem Falfæ Species. *Illa* eft *Amplexicaulis, Floribus Rofaceis; hæc Recticaulis, Floribus Hiantibus* & *Caudatis.*

II. five BE.

1. BELLIS MAJOR *Foliofo* & *Ramofo* eft *Caule*, & Genere diverfa, quæ potius *cum Chryfanthemo* convenit, nifi quod *Florem* habet *Bicolorem*, Difco fcilicet Luteo, Ambitu Albo, cum quo etiam *Foliis* convenit *potius*, quam cum *Aftere Attico* five Amello.

III. five BR.

„1. BRASSICAS inter (Rapa, Erucas, Sinapi, Lampfanam &c.) „ male a Cæfalpino de Plantis l. 8. c. 60. refertur ISATIS, fi *fingula* „ habet *Semina in Vafculis* five Folliculis.

„2. *Illorum* enim *Vafcula Seminum Membranaceo Septo* dividun- „ tur *in duas Cavitates*, ut idem l. 8. c. 53. habet.

„3. Cafpar Bauhinus quoque pingit unum Semen in laxo Folliculo in Tabernæmontani Kräuterb. 2ten Theils 11. fect. 21. Cap. (p. 436.)

4. Præterea *Flofculi Ifatidis* non quaternis fed *quinis* potius *Foliolis* pinguntur ab eodem Bauhino dict. loc.

CAP. III.

five

Litera C.

Argumentum.

1 Affertio *qua* CALIOS
CAPPAREOS
& CARDVI *nomine male congruant*, recenfet.
Sectiunculas habet 11.

2. *qua*

2 quæ CENTAVRII nomine.
3 quæ CHAMÆDRYOS
CHELIDONII
& CHRYSANTHEMI.
Sectiunc. 6.
4 quæ CISTI.
5 quæ CLEMATIDIS.
6 quæ CORONOPODIS
& COTYLEDONIS.
Sectiunc. 8.
7 quæ CRITHMI.

I. five CA.

„1. CALI TERTIVM Prosperi *Alpini* l. de Plantis Ægypti c. 42.
„ quod *Ægyptiis proprium* dicit, nihil commune habet cum aliis Calibus præter Saporem & Vfum.

2. *Folia* & *Germina Geminatim* fita, fi iconi credendum, & exterior *Floris forma* fatis *cum Pfyllio* convenit.

3. Quod fi fcrupulofior anatomia Floris & Seminis concederetur, judicari poffet, utrum Pfylliis accenfendum. Nam *Sapor nil obftat*, uti jam pro Poftulato pofuimus Fragment. 1. c. 2. affert. 3. fectiunc. 1. & 27. feq.

„4. CAPPARIS LEGVMINOSA Lobelii Stirp. Obferv. „p. 511. five *Capparis Fabago* Dodonæi Pemptad. 6. l. 1. c. 7. male dicitur CAPPARIS, a qua longe diverfa.

5. Nam *Capparis* vera tam Acutifolia quam Obtufifolia *Pariliter nec Flores fert nec Folia, nec Ramos.*

6. *Hæc* vero *Petiolo craffo Bina* feu Parilia *Folia* in *extremo Petiolo craffiufcula* inftar *Portulacæ.*

7. (Non eft autem Portulaca, quia *hæc Sigillatim* profert *Folia.*)

8. *Petioli* tam *Foliorum* quam *Florum Pariles* (Gepaart.) *Flores* etiam *diverfi* videntur.

9. Nam Leguminofæ Flores *fimiles* dicuntur *Cappareos* Floribus tantum *conditis.*

10. CARDVIS EVPHORBIVM, quod *Ficui Indicæ* five Tunæ five Opuntiæ *cognatum* eft, accenfetur a Cafpare Bauhino Pinac. l. 10. fect. 6. circa finem.

11. Sed *Spinosum* esse est *accidentarium*, uti jam id asseruimus Fragment. 1. c. 2. assert. 3. sectiunc. 1. 2. sequ.

II. sive CE.

CENTAVRIVM MAJVS & MINVS nomine perperam conveniunt.

III. sive CH.

„1. CHAMÆDRYS MONTANA Clusii Rarior. Plantar. „Histor. l. 3. c. 46. sive *Alpina* Josiæ Simleri commentar. de Alpib. sub fin. cap. de Alpinis Frutic. & Herb. (fol. 130. b) prorsus CHAMÆDRYS non est, ut *ex Flore* & *Semine* constat, utut *Foliis similis* sit aliquo modo. Rectius itaque *Herba Cervi* dicitur, vel Cervaria (Hirschwurz.)

„2. Chamædrys SILVESTRIS Dodonæi Pemptad. 1. l. 2. c. 26. sive *Teucrium Pratense*, *Flore* est *Foliis quatuor* constante, cum Teucrii & *Chamædryos Flores* sint *Labiati*.

3. CHELIDONIVM MAJVS & MINVS *Equivoca casu* sunt.

„4. *Illud* enim dicitur, quod Hominibus *ab Hirundine*, (quæ „χελιδὼν Græcis dicitur) *ostensum* sit, quippe *quæ Oculis Pullorum ea* „*medeatur*, vel *quod sub adventum Hirundinum exoriatur, earumque de-* „*cessu emarcescat*, teste Dioscoride l. 2. c. 211. fin.

„5. *Hoc*, quod *sub adventum Hirundinis floreat*. Theophrast. Histor. Plantar. l. 7. c. ult. *Species* forte est *Monadica*.

„6. Ad CHRYSANTHEMVM male refert Dodonæus „Wolfferley, quod *Chrysanthemum* LATIFOLIVM vocat Pemptad. 2. l. 3. c. 21. cum *reliqua* Chrysanthema *Sigillatim* proferant *Folia* & *Ramos*.

Conf. c. 4. assert. 3.

IV. sive CI.

CISTVS MAS QVINTVS *Clusii* Rarior. Histor. l. 1. c. 45. sive *Sinuatis* & *Fimbriatis Foliis* longe differt a RELIQVIS.

V. sive

V. ſive CL.

CLEMATIDIBVS accenſeri non poſſunt quæ *non* ſunt *Amplexicaules*, hoc eſt, quæ adminiculis nullis egent, uti eſt Clematis COERVLEA PANNONICA, & FLAMMVLA Surrecta.

VI. ſive CO.

„1. CORONOPVS non eſt Herba STELLA, quam rectius „*Cornu Cervinum* vocare Dodonæus Pemptad. 1. l. 4. c. 24. videtur. Ego *Cervicornem* Hirſchzacken.

2. *Similior* enim eſt *Cornu Cervi*. Contra *Coronopus*, quem Bernardus *Paludanus* in Aſia vidit, (ut Dodonæus loc. dict. refert) & qui *in Codice* Dioſcoridis *Cæſareo* depictus eſt, *Cornicis pedi* valde ſimilis.

„3. COTYLEDON MAJOR Caſp. Bauhini Pinac. l. 7. „ſect. 5. in Cotyled. 1. ſive *prima Dioſcoridis* juxta Dodonæum Pemptad. 1. l. 5. c. 11. & alios, ſive Vmbilicus Veneris, diverſa eſt a reliquis omnibus, tam MEDIA quam MINORE, unde communi nomine non debebant comprehendi.

4. Primo enim *Folia* habent *Cava* & *centro ſui Petiolo hærentia*.

„5. Illud λεληθότως κοῖλον (*latenter cavum* ſc. Folium) apud Dio„ſcorid. l. 3. c. 92. *non* pertinet *ad Cavitatem* illam *Acetabuli inſtar*, ſed ad Cavitatem quæ videtur in Petiolum quaſi intrare.

6. Secundo *Flores* ſunt *una Lamina*, *Cavi* & *Penduli* inſtar Tintinabulorum.

„7. SEDVM MAJVS VVLGARE Cluſius Rarior. Plan„tar. Hiſtor. l. 4. c. 43. *alteram Dioſcoridis Cotyledonem eſſe* contendit. Sit ita. Non tamen ideo Cotyledon eſt.

8. *Convenit* enim magis *cum Sedo Magno* & reliquis, ob *Flores ſex Foliis Stellatim conſtantes*, quam cum Cotyledone prima.

VII. ſive CR.

CRITHMVM VMBELLIFERVM & CRITHMVM CHRYSANTHEMVM Genere non conveniunt; utut *Sapore*, *aliisve Viribus conveniant*.

CAP. V.

sive

Litera D.

Argumentum.

1	Assertio *quæ* DENTIS LEONIS & DENTARIÆ *nomine perperam conveniant*, indicat.	Sectiunculas habet	3.
2	*quæ* DISPACI.	Sectiunc.	2.
3	*quæ* DORONICI.	Sectiunc.	2.
4	*quæ* DRACONIS.	Sectiunc.	2.

I. sive DE.

„1. DENS LEONIS TERTIVS *Dodonæi* Pemptad. 5. l. 1. c. 16. & *Tabernæmontani* Kräuterb. part. 1. sect. 5. c. 24. (p. 497.) *ad Hieracia* vel *Cichoria* vel *Sonchos* est referendus.

2. A DENTARIIS sejungendas censeo Dentarias APHYL„LAS, sive Orobanchas Coralloide Radice; & ANEMONEN TRI„FOLIAM Dodonæi Pemptad. 3. l. 4. c. 7. quæ est *Dentaria Alba* „*Brancionis* apud Lobelium Stirp. Observat. p. 149.

3. *Reliquæ* in eo *conveniunt*, quod *Florem* gerunt & *Siliquas* instar *Leucoii*, *Caulem absque Ramis*, *Radicem* Nodosam, Squamosam sive *Denticulatam*, *Foliaturam* habent *Fissam non Pennatam*, hoc est, Terna, Quina, Septena Folia ex eodem termino, vel saltem ex exortibus, sive principiis, sive aptationibus, non multum distantibus.

II. sive DI.

„1. DIPSACVM SATIVVM & SILVESTREM *culturæ* „*tantum mangonio differre* scribit Dodonæus Pemptad. 5. l. 5. c. 16. init.

2. At *ille oppositis Foliis* est Coëuntibus sive *Continuis*, instar Perfoliatæ; Hic non ita.

III. sive DO.

„1. DORONICVM GERMANICVM (Wolfferley.) & „PANNONICVM Clusii Rarior. Plantar. Histor. l. 4. c. 8. sive Alisma Folio Plantaginis, sive Doronicum Radice Geniculata vel Scorpioide

pioide (Κυνόχλοον) non recte DORONICIS accensetur, cum Doronica *reliqua Sigillatim; ista* vero *Pariliter Folia* & *Germina* proferant Conf. c. 3. assert. 3. sectiunc. 6.

2. *Seductus* hac in re Caspar *Bauhinus* est *a Clusio*, Pinac. l. 5. sect. 4. in Doron. 5.

IV. sive DR.

DRACO (Draguhn) non est sub uno genere cum PTARMICA sive Pyrethro, ut videtur sentire Dodonæus, quamvis languide, Pemptad. 5. l. 4. c. 18. init.

2. Est *Monadicum Genus, Flosculi Draconis inspiciendi* sunt.

CAP. V.
sive
Litera E.

Argumentum.

1	Assertio, *quæ* ELATINES *nomine male congruant*, ostendit.		
2	*quæ* ERYNGII.	Sectiunculas habet	3.
3	*quæ* ESVLÆ.	Sectiunc.	2.
4	*quæ* EVPATORII.	Sectiunc.	16.

I. sive EL.

„1. ELATINE TERTIA *Tabernæmontani* Kräuterb. part. 2. sect. 11. c. 3. (p. 413. & 414.), discrepat a duabus PRIORIBVS, quia *Geminata* sive Pariliter sita habet *Folia*.

II. sive ER.

„1. ERYNGIVM QVARTVM *Dodonæi* Pemptad. 5. l. 5. „c. 13. *Crithmi Generibus* adscripsit Matthiolus in Dioscorid. l. 2. c. 122.

„2. Alii ERYNGIIS adnumerant, quod probat Dodonæus, „cum *Odore & Sapore non Crithmum sed Eryngium referat*.

3. At, inquam ego, Figura potius attendenda. *Figura* vero *ratione nunquam* erit *Eryngium*.

M 3 III. sive

III. ſive ES.

„1. ESVLA RARA VENETA ſive *Turbith Venetum, Magna, Lata* habet *Folia, Geminatim ſita, Lacte Glutinoſo* referta, ab Lobelio in Stirpium Obſervationib. p. 201. perfectius depicta, quam in Adverſariis p. 160.

2. Non eſt accenſenda ESVLIS aut Tithymalis, quia *Ramos* ac Folia *Geminatim* profert, & *Flores non per Vmbellam.*

IV. ſive EV.

„1. EVPATORII VVLGARIS ſive *Cunigundinæ primæ Tabernæmontani* Kräuterb. part. 1. ſect. 4. c. 18. (p. 343. & 344.) Flos conſtat quidem paucis Floſculis, ſed *Vmbella denſa Surculis ſubdiviſis* numeroſis conſtat Floribus. Vel *quadraginta* aut *plura* gerit *Capitula.*

2. *Capitulum* quodvis *Perianthio ex* aliquot *Squamulis* e Viridi Purpureis compoſito veſtitum.

3. Meditullium eſt compoſitum ex *quinis* vel *ſenis* dilute *Purpureis Floſculis Cavis; quilibet* Floſculus *Semini ſuo inſidet.*

4. *Apici Seminis* cujusque longi *Villi* inhærent *Candidi*, æquantes fere Floſculi (absque Stylo) altitudinem, & undique eum ambientes.

5. *Floſculus* Marginem *quinque Laciniis* Brevibus Fiſſum habet.

6. Ex ſingulis Floſculis prominet *Stylus* Candidus *Biſidus.*

„7. Cunigundina igitur hæc a RELIQVIS DVABVS Tabernæmontani & Caſparis Bauhini Genere differt.

8. *Secunda* enim & *Tertia* Species hoc habent commune, quod *Flori ſubjiciantur quinque* Oblonga Viridia *Foliola.*

9. *Secundæ Flos* ex *Diſco* & *Margine* conſtat, *Margo Foliis octo Luteis: Diſcus Cavis Floſculis* Luteis, in quibus *ſinguli Styli.*

10. *Folia Frondea Oblonga, Serrata* (Non fiſſa) ex adverſo poſita ſive *Bijuga.*

11. *Tertiæ Folia* Frondea Trifida aut *Multifida*, quemadmodum *Primæ.*

12. *Semina* Subnigra poſt Floris interitum, adhuc arcte compreſſa *Capitulum* conſtituunt ex Luteo *Nigricans*, & *Cuſpidem deorſum, Baſin ſurſum* converſam habent.

13. *E Basis medio* erigitur Curtus *Stylus*, qui summitate sua Floris quasi marcidi Luteas reliquias ostendit.

14. Basis *extremis* singulæ *Cuspides* aut Denticuli insistunt, *duplicique serie Spinarum* deorsum tendentium instructi.

15. Hinc fit, ut & Capitulum totum ex Seminibus constans & Semina singula *Vesti Laneæ hæreant* (als Tuch, ja auch auf Brüggisch oder Risselisch Bohmseide oder Sajen.)

16. *Flosculi* ipsi *Lutei*, singuli singulis Seminibus inhærentes sunt *Parvuli*, ita ut altitudo Flosculi altitudinem Hamati Spiculi non superet.

CAP. VI.
sive
Litera F.

Argumentum.

1 Assertio *quæ* FICVS INDICÆ *nomen perperam commune* habeant, ostendit.	Sectiunculas habet	2.
2 *quæ* FRAXINI.	Sectiunc.	4.
3 *quæ* FVMARIÆ.	Sectiunc.	2.

I. sive FI.

1. A FICV INDICA sive Tuna differt EVPHORBIVM, quod illa *Ramosa* est.
Conf. c. 3. assert. 1. sect. 10.

2. Deinde *Euphorbii Folia* forsan *Fructus* potius sunt.

II. sive FR.

1. FRAXINI *Species* genuina non est ORNVS, sed potius *Sorbi*, contra quam cum Portal. 2. Aeris transmut. c. 18. Dodonæus Pemptad. 6. l. 4. c. 13. init. existimat.

2. Nam neque Flore convenit cum Fraxino, neque Fructu.

3. *Ornus* fert *Vmbellam Florum* & *Baccas*; *Fraxinus Racemos* & *Ligulas* sive Siliquas.

4. Non tamen nego quin *Ornus fit Fraxinus Montana Theophrasti* Histor. Plantar. l. 5. c. 11. circa fin.

III. si-

III. ſive FV.

1. FVMARIA BVLBOSA ſive Radix Cava (Hohlwurz) & Fumaria VULGARIS *Radicibus differunt*, in ceteris ſatis conveniunt.

„2. Fumariam BVLBOSAM MINIMAM Tabernæmontani Kräuterb. part. 1. ſect. 1. fin., (p. 95.) ſive Fumariam Moſchatam rectius „*ad Ranunculos* refert Caſpar Bauhinus Pinac. l. 5. ſect. 3. in Ranunc. Nemoroſ. 4.

CAP. VII.
ſive
Litera G.

Argumentum.

1 Aſſertio *qua* GENISTÆ *nomine perperam commune* habeant, indicat. Sectiunculas habens 2.
2 *qua* GRAMINIS & GRATIOLÆ *nomen*. Sectiunc. 6.

I. ſive GE.

„1. GENISTELLA PINNATA Lobelii Stirpium Obſervation. „ p. 534. ſive *Chamægeniſta Peregrina* Cluſii Rarior. Plantar. Hiſtor. 1. c. 71. ſolo *Flore convenit* cum GENISTIS & *Caulis lentore.*

„2. Multum etiam a reliquis diſcrepat SPARTVM APHYLLON Lobelii dicti libri p. 535.

II. ſive GR.

1. GRAMEN LEVCANTHEMVM forte rectius diceretur *Alſine Graminea*, vel Alſine *Prolixifolia.*

2. De PARNASIO Gramine jam monuerunt Pena & Lobelius in Adverſariis p. 4.

„3. *Parnaſium*, inquiunt, *Dioſcoridis Gramen ſic dictum magis* „*propter Paſtionem ſalubrem & opimam, quam propter ſimilitudinis com-* „*parationem, quia facie longe alia* (*Folio nempe Hederaceo & Flore Albo* „*eſt*) *proxime Chelidoniam Minorem & Cochleariam relegamus.*

„4. *Alio-*

„4. *Alioqui posset quis ex Vulgi usu Burgundicum Fœnum dictum,* „ *Cytisum, aliaque Loti & Trifolii Genera Pabulo laudatissima, Gramina* „ *vocare & huc advocare;*

„5. *Eadem prorsus ratione & consuetudine plebeja, quæ ansam de-* „ *disse etiam Plinio* (l. 24. circa finem) *videtur enumerandi quædam Ai-* „ *zoi Vrentis effigie Gramina, quorum alterum* DACTYLON *voce-* „ *tur* &c.

„6. GRATIOLA MINOR Gesneri in libel. de Collectione Stir- „ pium, sive *Hyssopifolia* Casparis Bauhini Pinac. l. 6. sect. 4. Hyssop. ult., in ejusdem Bauhini Matthiolo in Dioscorid. l. 3. c. 26. fin. depicta & descripta, non est GRATIOLA, quia *non* est *Bijugis Foliis, nec* Floris forma ad *Flores Gratiolæ* accedit.

CAP. VIII.
sive
Litera H.

Argumentum.

1 Assertio *quæ* HELLEBORI *nomen perperam commune* habeant, recenset.
2 *quæ* HIERACII.
3 *quæ* HORMINI.
4 *quæ* HYACINTHI POETICI & HYSSOPI. Sectiunculas habet 6.

I. sive HE.

„1. HELLEBORVS ALBVS, Helleborus NIGER qui THEO- „ PHRASTO, & Helleborus Niger, qui DIOSCORIDI tribuitur a Dodonæo Pemptad. 3. l. 2. c. 29. & 30. æquivoce nomine eodem fruuntur.

II. sive HI.

Ab HIERACIIS secernantur omnes Herbæ quæ SIMPLICI CAVLE. Hæ enim *ad Dentem Leonis* sive Taraxacon referendæ.

III. five HO.

„HORMINVM LVTEVM five *Orvala Tertia Dodonæi* Pemptad. 2. l. 4. c. 24. five Officinarum *Gallitricum Luteum* (Gelbe Schar„lach;) & ORVALA SILVESTRIS five *quarta Orvalæ Species Dodonæi* dicto loco, videntur esse sub eodem Genere proximo, non autem HORMINI nomine appellanda.

IV. five HY.

„1. HYACINTHI POETICI nomine non poterunt, contra ac „Lobelius Stirp. Observat. p. 48. seq. fecit, communiter comprehendi „IRIS BVLBOSA PRIMA, SECVNDA, TERTIA *Clusii* Rarior. Plan„tar. Histor. l. 2. c. 44. & SISYRINCHIVM ejusdem utrumque dicti libri c. 45.

2. Tum aliis de causis, tum hac, quod *Iris* secunda & tertia & manifestius prima *deorsum reflexorum Foliorum Floris Frondem Bifidam* seu Fissam habent; *Sisyrinchium* vero utrumque Folia ista *Integra*.

3. HYSSOPVS GRÆCORVM, si Dioscoridis l. 3. c. 32. de Origano Heracleotico & c. 33. de Onetide, item l. 4. c. 55. de Chrysocome consulamus, longe diversus est ab Hyssopo OFFICINARVM.

„4. Ita quoque cum Pena & Lobelio in Stirpium Adversar. p. 212. Caspar Bauhinus in Matthiol. ad Dioscorid. l. 3. c. 26. sentit contra ipsum.

5. GRATIOLA MINOR, de qua cap. 7. assert. ult. fin. dicebamus, nec Hyssopi Species est. Ideo etiam a Caspare Bauhino non Hyssopus sed *Hyssopifolia* vocatur. *Non enim Foliis* est *Bijugis nec* Floris forma ad *Flores Hyssopi* accedit.

CAP. IX.

five

Litera I. & J.

Argumentum.

1 Assertio *quæ* IRIDIS *nomine perperam conveniant*, refert. Sectiunculas habet 2.
2 *quæ* JACEÆ. Sectiunc. 3.
3 *quæ* JVNCI.

I. five

I. five IR.

1. IRIS BVLBOSA cum RELIQVIS quæ *Radicem* habent vel *Geniculatam* vel *Tuberosam*, quod ad Flores, Specie convenit, quod ad Radices & Folia Specie discrepat.

2. *Folia* enim habet *Cava* (non Concava five Fistularia.)

II. five JA.

„ 1. JACEA LVTEA SPINOSA Clusii Rarior. Plant. Hist. l. 4. c. 3. potius *Carduus* dicendus.

„ 2. Jacea MONTANA *Dalescampii non est Jacea, sed alterius vel* „ *sui Generis Planta* Spigelio Isagog. in rem Herbar. l. 1. c. 37. qui *cuncta* „ *ea Herbarum Genera, quibus Capitulum Spinis destitutum exiguis La-* „ *minulis sive Squamulis est compactum, & unicus Flos ex multis Foliis* „ *Laciniosis constans; Semen praeterea Oblongum molli Lanuguine obsitum,* „ *Jaceas* vocat.

„ 3. Verbi gratia *Centaurium Majus, Cyanum, Serratulam & Stæben* „ *Salmanticensem Clusii* (Rarior. Plantar. Histor. l. 4. c. 4.) *& Scabiosam* „ *Montanam Dalescampii.*

III. five JV.

JVNCVS FLORIDVS non est JVNCVS. Nam & *Foliatura differt*, & mirum quantum *Flore*, cum Juncus vix Florem habere dici queat. Conf. Dodon. Pempt. 4. l. 5. c. 25.

CAP. X.

five

Litera L.

Argumentum.

1 Affectio *quæ* LASERPITII
LATHYRI LATIFOLII
& LAVRI *nomine perperam conveniant*, docet.
Sectiunculas habet 10.

2	*quæ* LENTISCI & LEVCOII	Sectiunc.	3.
3	*quæ* LINARIÆ & LINOSYRIDIS.	Sectiunc.	3.
4	*quæ* LYSIMACHIÆ		

I. five LA.

„1. LASERPITIVM *Penæ* & *Lobelii*, etiam Rondeletii, Stirpium Ad-
„ versar. p. 312. & 313. five *Massilioticum* Tabernæmontani Kräuterb.
„ part. 1. sect. 3. c. 5. (p. 214.) five *Gallicum* Caspar. Bauhini Pinac. l. 4. f. 5.
in Laserpit. 2; & GERMANICVM five *Levisticum*, quæcunque sit Succorum cognatio, Congeneres Plantæ non sunt.

2. *Gallicum* enim *Folia Pennatim* in Ramastris gerit, *Septena* ad summum, si picturæ credendum, valde inordinate Laciniata, partim *Obtusis*, partim *Acutis Laciniis* five Sinubus, nec utrinque similiter;

3. Quæ *aliarum* Plantarum *Foliis aptius* forsan *conferri* possent quam *Paludapii* five Eleoselini, quibus a Pena & Lobelio, quia Dioscorides l. 3.
„ c. 94. init. & Theophrastus Histor. Plant. l. 6. c. 3. init. *Apii Folia Silphio* tribuunt, conferuntur.

4. *Levisticum* vero est Cuneata five *Triangulata* Foliatura.

„ 5. LATHYRI LATIFOLII nomine complectitur Caspar Bauhinus
„ Pinac. l. 9. sect. 3. in Lathyr. 6. CICERCVLAM SILVESTREM Ta-
„ bernæmontani Kräuterb. part. 2. sect. 4. c. 5. (p. 215.) & CLYMENVM
„ Matthioli in Dioscorid. l. 4. c. 11.

6. Sed Cicercula illa non est Clymenum hoc. Nam *Clymenum* Matthioli *Bina* tantum *Folia* habet, eaque *minus Oblonga:* at *Cicercula* Tabernæmontani *Plura* Foliorum *Paria* & *Longiora* Folia.

„ 7. Idem Bauhinus ad Matthioli dict. loc. & Clusius Rarior. Plantar.
„ Histor. l. 6. c. 43. LATHYRVM SILVESTREM Dodonæi Pemptad. 4.
„ l. 2. c. 12. eandem facit cum Clymeno Matthioli.

8. Sed Lathyrus Silvestris Dodonæi *Longiora* & *Angustiora* habet *Folia* quam *Clymenon.*

„ 9. LAVRI *Silvaticæ* nomine non recte appellatur TINVS a Catone de Re Rustic. c. 8. & Italorum vulgo, quia Foliorum, Ramorum & Florum situ differt.

10. Nam *Laurus Sigillatim* ordinatos habet *Ramos* & *Folia*, *neque Flores* in *Vmbellam* dispositos.

II. five LE.

„ 1. LENTISCVS PERVANA, quo nomine Mollea dicitur Caspari Bauhino in Matthiol. in Dioscorid. l. 1. c. 75. & Pinac. l. 11. sect. 2. in Lentisc. 2. non est ejusdem Speciei cum vera LENTISCO.

„ 2. Nam

„2. Nam & *Foliatura* ejus est *Impariter Pennata,* & (si Accidentales „Differentias adjicias) *Resina* ejus non adstringit, sed *purgat,* & *Fructus* „*Acer instar Piperis,* teste ipso Casp. Bauhino loc. in Matthiol. dicto.

„3. LEVCOIVM SPINOSVM CRETICVM Clusii Rarior. Plantar. Histor. l. 3. c. 7. non est LEVCOIVM ipso Clusio teste sin. dict. cap. quia *Flores Quinque Foliis* constant.

III. sive LI.

„1. LINARIA HISPANICA PRIMA *Clusii* Rarior. Plantar. Histor. l. 3. c. 18. nescio utrum ad LINARIAS (Osyrides aliorum) referri possit, cum sit Triblastos, vel potius simul *Triblastos*, & *Monoblastos,* quamvis *Flore Calcariformi conveniat.*

„2. LINARIA STIRIACA Clusii ejusd. libri c. 19. non videtur Li„nariis annumeranda, quia *Folia* (quemadmodum ipse scribit) habet *Crassa,* „*Succulenta, Coloris veluti Cæsii, non temere per Ramulos sparsa, sed serie quadam aut terna aut quaterna eos amplectentia.*

3. LINARIA CONYZOIDES, aliorum Linosyris, (Lobelio Stirp. „Observat. p. 223. & 224. *Tripolii forte Species*, *Linaria Aurea Tragi,* „*Hyssopus Vmbellifera Guilandini*) male LINOSYRIS dicitur, cum *Li*„*naria Purpurea utraque* Lobelii Observ. dict. p. 222. *potius Linosyris* dicenda sit ob *Flores* & *Fructus.*

IV. sive LY.

LYSIMACHIA LVTEA; PVRPVREA SPICATA; & SILIQVOSA æquivoce nomine eodem fruuntur.

C A P. XI.

sive

Litera M.

Argumentum.

1 Assertio *quæ* MALI *nomine perperam conveniant,* docet.
2 *quæ* MERCVRIARIS. Sectiunculas habet 4.
3 *quæ* MILLEFOLII. Sectiunc. 4.
4 *quæ* MVSCI.

I. sive MA.

„1. MALVS PERSICA Dodonæi Pemptad. ult. l. 3. c. 6. sive Persicus, admodum improprie dicitur MALVS, cum non ferat Malum, sed *Nucem* potius *vesco Pericarpio vestitam*. Rectius diceretur *Prunus Persica*. Pruno enim similior quam Malo.

II. sive ME.

„1. Ad MERCVRIALIS *formam ac effigiem*, inquit Dodonæus „Pemptad. 5. l. 1. c. 35. init., *accedit* IMPATIENS *Herba*. At totis Generibus differt.

„2. Primo *Mercurialis Mas* Dodonæo libri dicti c. 33. fert *Bina Se-„mina eodem Petiolo hærentia: Impatiens Siliquas Chelidonii Majoris „instar*.

„3. Secundo *Mercurialis Flos Ramosus: Impatientis e Fastigiis Pe-„tiolorum dependet*.

4. Tertio *Mercurialis Foliatura Bijuga: Impatiens Singularia*.

III. sive MI.

„1. MILLEFOLII PVRPVRIFLORI sive *secundi* schema *apud Do-„donæum* Pemptad. 1. l. 4. c. 15. hoc est, pictura *Millefolii Terrestris „Purpuriflori* apud Lobelium Stirp. Observ. p. 431. videtur mihi re-„præsentare Herbam Specie distinctam (non solo Colore) ab *Millefolio* „VVLGARI Lobelii Observ. dict. p. 430. seu *Achillea* Dodonæi dict. loc.

„2. Multoque magis Specie distincta a Millefolio MINORE „Dioscoridis Dodon. ejusd. l. c. 16. sive LVTEO Lobelii dict. Observ. p. 431.

3. Nam, ut alias Differentias taceam, *Foliola in Ramastris Sigillatim* seu Alterne, non *Pariter sita* sunt, ut in *Achillea*.

„4. VIOLA AQVATICA Dodonæi Pemptad. 4. l. 5. c. 4. non est Millefolium.

IV. sive MV.

MVSCIS certe LICHEN non est accensendus, quemadmodum Dodonæus facit Pemptad. 3. l. 5. c. 15. Habet enim *Petiolos Florigeros*. Conf. Lobel. Stirp. Observ. p. 646.

CAP.

CAP. XII.
sive
Litera N.

Argumentum.

1 Assertio *quæ* NARCISSI
& NASTVRTII *nomen perperam commune* habeant, indicat. Sectiunculas habet 5.
2 *quæ* NYMPHÆÆ.

I. sive NA.

„1. NARCISSVM AVCTVMNALEM fatetur Clusius, uti & PERSI-
„ CVM, Rarior. Plantar. Histor. l. 2. c. 16. initio, *non Flore sed Foliis* & *Radice* NARCISSIS *similem*.

„2. *Improbat* postea eos, qui ad *Colchica* referunt, *quia nihil cum Col-*
„*chico commune habeat præter Florem. Quod si ob Floris similitudinem*
„*Colchicum dicendus est*, pergit, *omnia Croci Genera etiam Colchicum ap-*
„*pellare licebit*.

3. Certe si *Florem* respicias, *magis* distat *a Narcisso*, quam is qui
„*Pseudonarcissus* ob Calycem Oblongum dicitur ejusd. l. c. 17.

4. Quomodocunque nominetur, *ad Crocos* & *Colchica* referendus *hic Pseudonarcissus* Auctumnalis. Convenit etiam cum Croco & Colchico, quod *Vnicum Florem in Caule* gerit.

Conf. portion. 2. c. 1. assert. 3. fin.

5. NASTVRTIVM INDICVM ex Sapore & Odore, *non e Figura* dictum est.

II. sive NY.

NYMPHÆIS non est accensendus RANÆ MORSVS, quia *Flores* hujus *Tribus Foliis* constant.

CAP. XIII.
sive
Litera O.

Argumentum.

Assertio hæc *quæ* ORCHEOS
ORNITHOGALI
& OROBI *nomine perperam conveniant* recenset. Sectiunculas habet 7.

OR.

OR.

„1. ORCHIS ODORATA & FRISIA Lobelii Stirp. Observat. p. 93.
„ (vitiose impressum 89.) item TETRORCHIS & TRIORCHIS
„ejusdem ib. & p. 94. (vitiose impressum 90.) non sunt ORCHES, quia *Florem* non habent Calcari instructum, nec Labiis Hiantem, sed *Vniformem*, *Solidum* instar Lilii Convallium aut Hyacinthi Comosi.

2. Omnino *ad Lilium Convallium* referendæ.

„3. ORNITHOGALVM LVTEVM sive *Bulbus Silvestris* Fuchsii Plantar. Histor. c. 60. & Dodonæi Pemptad. 2. l. 2. c. 20. peculiare quid habet a RELIQVIS Ornithogalis, quia *quasi in Vmbella* gerit *Flores*.

4. ORNITHOGALA SPICATA videntur discrepare ab VMBELLATIS, quod *illa Stamina usitatæ formæ; hæc* vero *Stamineos Apices Luteos Sex Foliolis* Candidis, tribus *Acuminatis*, tribus *Bifidis* sive Sinuatis *inhærentes* habent.

5. Hæc *Sex* φυλλοειδῆ (Filiosa) *Stamina Capitulum Seminis*, ejusque *Stylum includunt arcte coëuntia*, etiam explicatis Foliis exterioribus.

„6. OROBVS SECVNDVS *Clusii* Rarior. Plant. Histor. l. 6. c. 44.
„*Impari numero Folia* habet in *Ramastris*. At PRIMVS & TERTIVS
„*Pari numero*, absque Capreolis tamen. Ergo diversa hic sunt Genera.

7. QVARTVS Orobus Clusii partim *Pari*, partim *Impari* numero habet Folia, quod vix credo.

CAP. XIV.

sive

Litera P.

Argumentum.

1 Assertio *quæ* PLANTAGINIS *nomen perperam commune* habeant monstrat.
2 *quæ* POLYGONI
3 *quæ* PYCNOCOMI & PYRETHRI. Sectiunculas babet 3.

I. sive PL.

PLANTAGO AQVATICA non est Species PLANTAGINIS. Conf. Tragi Kräuterb. part. 1. c. 75.

II. ſive PO.

POLYGONI Species non eſt Knauel, quia *Foliola* habet *Pariliter ſita*, & Foliola *Florea* extrinſecus *Viridia*, intrinſecus *Albo*, *Quina*, *Acuta*. *Alſinæ* eſt *affinis*.

III. ſive PY.

„1. PYCNOCOMVM PRIMVM *Tragi* Kräuterb. part. 1. c. 95. ſive „Vlmaria *Pennata* eſt *Foliatura*; SECVNDVM ejusdem ibid. ſive *Dry-„mopogon primus Tabernæmontani* (Waldbart) Kräuterb. part. 2. ſect. 11. c. 59. (p. 482.) *Triangulari*. Ergo non ſunt unius Speciei.

2. PYRETHRVM VMBELLIFERVM & DISCIFLORVM non „ſunt ejusdem Speciei Plantæ dicendæ, ſed *illa* eſt Dioſcoridis *legitimum* „*Pyrethrum* l. 3. c. 86. Nam *Vmbellæ* meminit.

3. *Hæc Salivaris* dici poſſet, nomine ſuperfluo a vero Pyrethro mutuato aut *Pſeudopyrethrum*, aut *Antipyrethrum*, quaſi Vicepyrethrum.

CAP. XV.

ſive

Litera Q.

Argumentum.

Aſſertio hæc *quâ* QVERCVS *nomen perperam commune* habeant docet.

A QVERCV *diverſiſſima* eſt *Foliis* ILEX, licet Germanis Stechelch dicatur.

CAP. XVI.

ſive

Litera R.

Argumentum.

1 Aſſertio	*quæ* RANVNCVLI	*nomine perperam conveniant*, indicat.	
2	*quæ* RHAMNI.	Sectiunculas habet	4.
3	*quæ* RVTÆ	Sectiune.	5.

I. five RA.

RANVNCVLIS omnibus in *Flore Quinque Folia*. Ergo Ranunculus NEMOROSVS Albiflorus, non est Ranunculus verus, quia habet *Folia Sex*. Confer. Spigelii Isagog. in rem Herbar. l. 1. c. 34. med.

II. five RH.

„ 1. RHAMNVS TERTIVS *Dioscoridis* l. 1. c. 120. quamvis sit *Paliurus* Dodonæi Pemptad. ultim. l. 1. c. 20. & Lobelii Stirp. Observ. p. 598. & aliorum, ex sententia Matthioli in Dioscorid. loc. dict. (cap. tamen ipsi est 102.) Casp. Bauhini ad Matthiol., & Pinac. l. 12. sect. 4. in Rhamn. 5. &c.: nihil tamen commune habet cum RELIQVIS Rhamnis, nisi quod *Aculeos* habet, qui tamen *Situ* & *Figura differunt* prorsus *a Rhamni Spinis*.

„ 2. *Spina Cervina* (quæ male *Infectoria* ibid. dicitur Matthiolo, cum non Infectoribus sed Pictoribus usui sit) ob Foliorum Latitudinem & Parilem situm Rhamnis dissimilis est, cetera tamen *propius* accedit quam Paliurus.

„ 3. *Rhamnus primus* & Rhamnus *Germanicus* Matthioli dict. loc. „ *Folia Inordinate & Acervatim* sita habent.

„ 4. Ejusdem Rhamnus *secundus*, si idem est cum Germanico, (in quam sententiam Bauhinus propendet ad Matthiol. loc.) male pictus est. Nam *Folia Pariliter sita* habet.

III. five RV.

1. RVTA ALBA (Witte Rude) Species est Abrotoni.

„ 2. Rutæ etiam Species Falsa est Ruta BACCIFERA (Bärraute) Tabernæmontani Kräuterb. part. 1. sect. 4. c. 36. (p. 422.) quæ part. 2. „ sect. 4. c. 32. (p. 241.) ab ipso Baumichter Wiesenkleh dicitur. Rectius Klehbaum oder Klehstrauch.

„ 3. Ruta CANINA (Hundsraute, oder Helmraute, oder Helmkraut) ejusd. part. 1. sect. 4. cap. 37. (p. 423.) Rutis plane dissimilis „ est. *Scrofulariam Laciniatam* Caspar Bauhinus vocat ad Tabernæmontani loc. dict.

„ Rutam CAPRARIAM (Geißkraut) Tabernæmontanus ipse part. 1. „ sect. 4. c. 25. (p. 419.) *Viciis Purpurifloris Foliis & Flore tam similem*

„ fate-

„fatetur, *ut vix discerni possint, nisi quod Viciæ habeant Capreolos, qui-*
„*bus Ruta Capraria caret.*

„5. Pena & Lobelius quoque Stirp. Adversar. p. 392. in Galega,
„*non Rutæ sed Leguminis Speciem esse,* adfirmant.

CAP. XVII.
sive
Litera S.

Argumentum.

1	Assertio *quæ* SALVIÆ SAMBVCI SANICVLÆ MONTANÆ SATYRII & SAXIFRAGÆ AVREÆ *nomine perperam congruant,* docet.	Sectiunculas habet	23.
2	*quæ* SCABIOSÆ & SCORDII.	Sectiunc.	10.
3	*quæ* SECVRIDACÆ SEDI SENNÆ SESELIOS.	Sectiunc.	11.
4	*quæ* SIDERITIDIS & SII.	Sectiunc.	3.
5	*quæ* SOLANI SOLIS FLORIS SORBI.	Sectiunc.	12.
6	*quæ* SPARGANII & SPARTI.	Sectiunc.	2.
7	*quæ* STOEBES.		

I. sive SA.

„I. SALVIA AGRESTIS, sive *Sphacelus Dodonæi* Pemptad. 2. l. 4. c. 23. *neque Odore,* (si hic quoque est considerandus) *neque Figura* convenit cum SALVIIS. *Folia* & Superficie & Figura conveniunt cum *Verbasco Nigro,* nisi quod Minora.

2. *Flosculi Labio superiori* sive Galea quasi *carent, inferius* Labium *Trifidum* habent: & *versus unam* Caulis aut Rami *partem interdum* vergunt, non semper. Dodonæum etiam *pictura* sua refutat.

„ 3. SAMBVCI *Italicæ* nomine male SYRINGA fruitur apud Austrios. Clus. Rarior. Plantar. Histor. l. 1. c. 36.

4. *Vtraque* quidem *Pariles* habet *Ramulos*, Surculos, *Folia; Sambucus* vero *Foliaturam Pennatam*, at *Syringa Monadicam*.

5. Sambucus LACINIOSO FOLIO etiam minus recte Sambucus dicitur, quia *Foliatura* est *Triangulari*.

6. Sambucus PALVSTRIS sive Lycostaphylus *Folia Monadica Pariliter sita* habet

„ 7. SANICVLIS MONTANIS minus recte PINGVICVLA Clusii Rarior. Plantar. Histor. l. 3. c. 4. adnumeratur a Casp. Bauhino Pinac. l. 6. sect. 6. in Sanicula Alpina Rotundifol. 5. *Nec* enim *Vmbellata* est, sed Simplici Caule.

„ 8. SATYRIVM Dioscoridis l. 3. c. 143. & 144. duplex est.

„ 9. Prius *Albiflorum* (cui maxime accedit Hyacinthus Orientalis;)

„ 10. Posterius ἐρυθρόνιον, hoc est, ut interpretantur, *Rubro Flore*, „ *quod vel manu comprehensum ad Venerem incitat*.

11. Vtriusque Satyrii *Radix* est *Vnica*. Male itaque ORCHES Satyria dicuntur.

12. SAXIFRAGA AVREA a nonnullis appellatur Herbula CIRCA HAMBVRGVM & Lubecam in palustribus aut uvidis saltem locis nascens, quæ *Foliis Germinis Saxifragam Albam* (quæ Folia habet Sigillatim sita) licet minor, utcunque refert.

13. Verum Pena & Lobelius Stirp. Adversar. p. 267. Dodonæus Pemptad. 2. l. 5. c. 22. & Tabernæmontanus Kräuterb. part. 2. sect. 11. c. 22. (p. 542.) hanc Plantam ita descripserunt, ut *ex Picturis* adjectis (Lobelius depingit Stirp. Observat. p. 336.) potius quam ex ipsorum descriptionibus Plantam cognoscere liceat.

14. Quod si picturis fidendum, nostra hæc ab Aurea Saxifraga omnino diversa est.

15. *Aurea* enim *Folia Germinum* & *Ramulos* (licet parcos) Compariter sive *Conjugatim* sita habet; *Nostra* vero non ex tot distinctionibus Foliata est & Folia *Sigillatim* habet sita.

16. *Aurea*

16. *Aureæ Folia Radicis Brevi Petiolo*, ut Lobelius & Dodonæus pingunt; *Nostræ prolixis Petiolis*, qualia Aureæ pictura Tabernæmontani tribuit.

„ 17. *Aureæ Flores ex Alis Foliorum* enascuntur, ut omnes pingunt, „ idque fere *Verticillatim*, ut Tabernæmontanus pingit, saltem Compariter ut Dodonæus & Lobelius pingunt, Perianthio suo vestiti;

18. *Nostræ* vero Flores *Lutei incumbunt* quasi *Foliis* Germinis *e Cacumine Caulis* confertim enatis *absque* conspicuo *Perianthio;* & *densus* tum *Florum* tum *Foliorum Cacuminis situs*, nescio quid *simile* habet *Tithymalorum* aut Esularum Summitatibus, licet Tithymalus non sit, nec Lacteo Succo prægnans.

„ 19. *Hepaticæ Palustris icon* in *Horto Eistetensi* propius ad Nostram præsertim quod *ad Flores* accedit, sed *Crenas Foliorum Germinis non* exprimit.

20. In Floribus Quaterna Folia quidem Foliis Germinis arcte incumbentia, sed *Geminam Seminis Thecam non* exprimit, *neque Stamina* exilitatem.

21. *Densum* tamen *Foliorum Germinis* & *Ramulorum* in Cacumine situm *satis* exprimit.

22. Sed *nec* Genere *cum Alba Saxifraga* convenit, cujus *Flos Perianthio* ima parte *inclusus Quinque Foliis Oblongis* & in Summitate *Arcuatis*, constat;

23. Cum *Nostra Flosculos* gerat in Ramoso Cacumine *decem* vel plures, e *Foliis Quaternis* obtuse *Angulatis* Luteis non splendentibus, *Octonis Staminibus* & *Binis Curtis Stylis* compositos, vel quaternis vel quinis *Foliis Ramuli incumbentes*, quorum superius minus est inferiore.

II. sive SC.

„ 1. SCABIOSA MAJOR sive *prima Matthioli* in Dioscorid. l. 4. c. 11. videtur esse *Cyanus* potius quam SCABIOSA, ut etiam ex icone intelligitur. *Radice* etiam (si quis talia attributa curet) est *Subdulci*, cum *veræ* Scabiosæ Sapore sit *Amaro*.

„ 2. SCABIOSA PVRPVREA (Bleichbraun) sive *Vulgaris Major* „ Dodonæi Pemptad. 1. l. 5. c. 3. & CÆRVLEA sive *Decima tertia Tabernæmontani* Kräuterb. part. 1. sect. 5. c. 14. (p. 457.) differunt Genere.

 3. *Pur-*

3. *Purpureæ Folia Pariliter sita*, *Laciniosa* & *Prolixa*: *Ceruleæ Sigillatim* sita, *vix Serrata*, *Curta*.

4. *Purpureæ Flosculi* secti in *Quatuor Lacinias Rotundæ Frontis*; *Quatuor* habent *Stamina*, quorum Petioli adhærent Laminæ Flosculi; *Stylum Fundo* Flosculi *insistentem* Capitulo *Sphærico*.

5. *Ceruleæ* vero Flosculi in *Quinque* prolixas *Acutissimas Lacinias* secti, Stamina habent nulla, nisi quod *Staminum loco* est *Fistula*; *Stylus Prolixus* est ultra Flosculos eminens *Capitulo Ovali*, acutiore extremo cum reliqua longitudine coëunte.

6. *Fistula* inferiorem Styli partem amplectens superiore parte *in Stellam Luteam quinque brevium radiorum terminata*. Rectius *Globularia* dicitur.

„7. SCABIOSA item PRIMA, & DECIMA QVARTA *Tabernæmontani* dicto cap. (p. 453. & 457.) Scabiosæ non sunt, quia *Folia non* habent *Pariliter* sita.

8. Nec istæ proprie Scabiosæ sunt, quæ FOLIIS sunt INTEGRIS, „non Dissectis: ideoque *Decima tertia* Tabernæmontani duplici jure a Scabiosis excludenda est.

„9. SCORDII Species non est ELEPHAS Fabii Columnæ Minus cognitar. & Rarior, Stirp. Ecphras. part. 1. c. 64. ut vult Caspar. Bauhinus Pinac. l. 7. sect. 1. Scord. ult.

10. *Scordium* enim est ex iis quæ ferunt *Quaterna Semina Perian-* „*thio*. At *Elephas in eodem Folliculo* vel *Triginta* fert *Semina*, teste Fa- „bio capitis dicti fin.

Conf. Cæsalpin. de Plant. l. 11. c. 1. & 42.

III. sive SE.

„1. SECVRIDACA CLYPEATA sive *Hedysarum Clypeatum* Lobe- „lii Stirp. Observ. p. 523. & aliorum, *Onobrychis* (quam pingit & Clusius Rarior. Plantar. Histor. l. 6. c. 44.) esse recte defenditur a Dodonæo Pemptad. 4. l. 1. c. 18. Tum *Foliaturæ* enim, scilicet *Pennatæ*, *Imparis*, tum *Siliquæ ratione* sub unum Genus referri posse videntur.

„2. SEDI *Flos Quinque* habet *Folia*: ILLECEBRÆ sive Sedi Minimi *Quatuor*, si Lobelii & Dodonæi picturæ credendum, quæ illius Stirp. Observat. p. 205.; hujus Pemptad. 1. l. 5. c. 10. invenitur. Ergo Illecebra non est Sedum.

„3. *Ad*

„3. *Ad Cotyledonem* etiam referendum est SEDVM TRIDACTY-„LITES TECTORVM Casp. Bauhini Pinac. l. 7. sect. 5. in Sed. Foliis „Laciniatis 6. sive *Alsine Petræa Rubra* Tabernæmontani Kräuterb. part. 2. sect. 11. c. 2. (p. 410.) Nam & hoc *Flores* videtur habere *Concavos* & *Solidos*.

„4. *Neque* tamen *idem* est cum *Paronychia Tertia* ejusd. sect. c. 94. (p. 513.) ut Bauhinus ad utrumque Tabernæmontani locum notat, cum *Paronychia Geminatim*; *Sedum* istud vero *Sigillatim Folia* habeat sita.

5. SENNA differt Specie a COLVTEA, quia *Senna* est *Pennata Fronde* numero *Pari*; *Colutea* numero *Impari*.

6. Deinde *Sennæ Flore* est ex *Quinque Luteis Foliolis Vniformibus* composito; *Coluteæ Flore* Labiato Composito sive *Leguminari*.

7. *Sennæ* denique *Siliquæ* sunt *Lunatæ*, *nullo Spiritu* tumidæ sed compressæ, adeo ut Latera cohæreant, in quibus *Semen Vvarum Vinaceis* simillimum. Confer Matthiol. in Dioscorid. l. 3. c. 70. & Dodonæum Pemptad. 3. l. 2. c. 3. & Pemptad. 6. l. 2. c. 26.

„8. SESELI ÆTHIOPICVM FRVTEX, quem *Ægyptiis* κυνὸς „φρίκην, id est, *Canis horrorem* dici Dodonæus, nescio ex quo auctore, Pemptad. 2. l. 5. c. 18. scribit, (appellarem itaque *Cynophricen* Hunds-schreck) *Folia Sigillatim sita Integris Marginibus* profert, & *Ramastris* caret.

9. Æthiopicum HERBA vero *Ramastros* habet *Triangulatos*.

„10. Quemadmodum *Seselia* MASSILIENSIA & PELOPONNENSE „a Matthiolo & Casp. Bauhino Dioscorid. l. 3. c. 53. adpicta *Triangulatis* „sunt *Ramastris*. Ast Seseli CRETICVM MAJVS & MINVS Caspar. „Bauhini ad Matthioli libri dicti c. 54. (aliis 63.) *Ramastros* habet *Pennatos*.

11. Præfero igitur *Tordylii* appellationem. *Dioscorides* etiam ibi „quasi improbaturus eam appellationem, *Tordylion*, inquit, *quod aliqui* „*Creticum Seseli vocant, juxta Ciliciam in Amano monte nascitur*.

IV. sive SI.

1. SIDERITIDES multæ dicuntur, ut multæ Panaces, & Symphytum.

2. Verbi gratia ACHILLEA, quæ ad *Millefolium* refertur; quæ „ALTERA Dioscoridis creditur, ad *Bipinellam* sive Pimpinellam; & RO-

ROBERTIANA ad GERANIA. Vide Penæ & Lobelii Stirp. Adversar. p. 332.

„3. SIVM PRIMVM *Dodonæi* Pemptad. 4. l. 1. c. 10. est *Pennato* „*Folio*: SECVNDVM ejusdem ibid. *Triangulato*: TERTIVM sive „Junciforme c. 11. partim *Pennato*, partim *Triangulato*: QVARTVM „c. 12. est *Phellandrium*.

V. sive SO.

1. SOLANIS accensentur multa quæ eo non pertinent.

2. Caspar Bauhinus male ad Solana refert Herbam Paridem sive „Vvam Lupinam, quam *Solanum* BACCIFERVM QVADRIFOLIVM „vocat Pinac. l. 5. sect. 1. in Solan. Baccif. 10.

„3. At hujus *Caulem Brevem suprema parte* terminant *Folia Quin*„*que* vel *Sex*, ut ipse quoque ibi fatetur, [illegible] Caulis termino.

„4. *Folio Laciniofo* est Solanum POMIFERVM Lobelii Stirp. Observ. p. 135. sive Mala Æthiopica.

5. *Foliatura Triangulari* vel etiam *Pennata* POMA AMORIS.

6. [illegible] *Folia* habet *Dizyga* (gepaart,) [illegible] & *Fructum e Pediculo* suo *Singulum*. Ideo ad Solanos referri nequit, & perperam *Solanum* VESICARIVM dicitur, quia *Solanum Folia* habet *Sigillatim* ordinata, & *Fructus* & *Flores Corymbatim* (viel an einem Hauptstengel.)

„7. *Foliatura Triangulari* est HALICACABVM PEREGRINVM Dodonæi Pemptad. [illegible] c. 25.

„8. SOLIS FLOREM (Heidenysop) recte *Cisti ac Ledi Speciem* „sive Conspeciem esse censet Dodonæus Pemptad. 2. l. 1. c. 31. Ve„rum inconvenienter *Cisti Silvestrem Speciem esse* [illegible] ... ribit.

9. *Quasi* vero vel major *Siccitas*, vel ipsius Plantæ [illegible] vel etiam *Odoris defectus Silvestritatem arguat*.

10. Flos Solis PERVANVS tam *Uniflorus* quam *Ramosus Sigillatim* proferunt *Folia*.

11. In Flore vero Solis TVBEROSO observabam [illegible] 3. Junio mense, inter quatuordecim Caules binos [illegible] proferre, [illegible]

Lyſi-

Lysimachiæ Luteæ) & quidem jam *Trina* vel *Quaterna* in singulis Caulibus erant *Genicula*, reliqui Caules *Bijuga* proferebant Folia satis constanter.

12. SORBVS TORMINALIS merebatur aliud nomen. *Nihil* enim *commune* habet *cum* vera SORBO, quod *Folia* attinet. Est potius *Mespilus*.

VI. sive SP.

„1. SPARGANIO male adnumerat Caspar. Bauhinus POLYGO-„NVM BACCIFERVM sive Marinum Pinac. l. 1. sect. 2. in Spargan. post 3. Sparg. cum *Polygonum absque Foliis* sit, uti Equisetum; *Sparganium Foliis Prolixis*.

„2. SPARTVM GENISTACEVM seu *Dioscorideum* Clusii Rar. „Plant. Histor. l. 1. c. 70. est *Genistæ Species*, a quo valde differt Spartum „GRAMINACEVM seu *Plinianum* ejusd. l. 6. c. 40. & Lobelii Stirp. „Observ. p. 45. Guilandino *Spartum Hispanicum Dioscoridi ignotum* de Papyro membri 9. sect. 17.

VII. sive ST.

„STOEBE SPINOSA Clusii Rarior. Plantar. Histor. l. 4. c. 4. potius *Carduus* dicenda.

CAP. XVIII.

sive

Litera T.

Argumentum.

1	Assertio *quæ* TEVCRII *nomine perperam congruant.*	Sectiunculas habet	4.
2	*quæ* TILIÆ.	Sectiunc.	8.
3	*quæ* TRIBVLI TRIFOLII & TRITICI.	Sectiunc.	5.
4	*quæ* TYPHÆ.		

I. sive TE.

1. TEVCRIVM FALSVM sive *Pseudoteucrium* dico, quod *Flores* habet *Roseos* in *Quatuor Folia* (non Acuminata, *non* Sursum di-

„ latata, *ut* Clematis Daphnoides, vel *Clematis Peregrina* Lobelii Stirp. Observ. p. 345. sed) *Orbiculata*, sed *inaequaliter Lata* dehiscentes, qui integri cum suis *Binis Staminibus* defluunt, *Seminis Thecula* relicta *Bifida* instar Veronicæ.

„ 2. Huc refero *Teucria Clusii* omnia Rarior. Plant. Hist. l. 3. c. 45. „ *exceptis tribus* prioribus, item *Veronicam Fruticantem* ejusdem c. 44. (Flore Rotundifolio) ipso Clusio non invito.

3. TEVCRII vero *Flores Hiantes* inferiori tantum Labio efformati, *Galea carent*.

Vid. c. 3. assert. 3. sectiunc. 2.

4. *Differunt* etiam *Teucrium Pratense* & illi *similia*, quæ nimirum *Flores* gerunt in *Longis Petiolis* instar Becapungæ, *ab* istis *Teucrii* Generibus, quæ Flores gerunt in extremis Ramis *Spicatos* sive in Spicam congestos.

II. sive TI.

„ 1. TILIA MAS Dodonæi Pemptad. ult. l. 4. c. 16. seu Saxatilis „ (Steinlinden) *Cæsalpino* forte est *Carpinus altera* de Plantis l. 2. c. 7. *Ulmo* vel *Carpino* (Hagbüchen) *vicinior* est quam TILIÆ proprie dictæ seu Feminæ.

2. Nam *Folia* gerit *Rugosa*, *Scabra*, non Cordis forma ut Tilia, sed *Ovalia* fere, ut ita loquar.

3. *Situs* & *Figura Seminis* sane veræ Tiliæ non convenit, sed *Vlmo*.

„ 4. Certe est Vlmus *Latioris Samarræ*, quia Dodonæus comparat „ eam, *Fructui Thlaspios Majoris*.

„ 5. Accedit, quod hanc Tiliam Ipelin *Belgis dici* ait, cum *Vlmum* dicant Olmen; at *Vlmi* qui *ex Hollandia Hamburgum* afferuntur, dicuntur Ipern.

6. *Vesiculis* sive Vtriculis sive Folliculis, quos in *Foliis* copiose gerit, (vt pingunt Matthiolus in Dioscorid. l. 1. c. 108. Lobelius Stirp. Observ. p. 606. & Tabernæmontanus part. 3. sect. 3. c. 40. p. 711. sed Priorum neuter eos describit) & nulla alia re *differt* ab Vlmo.

7. Atqui Folliculi *accidens* sunt, & Nidi Vermium sive Insectorum, quales Folliculi etiam in Populis.

8. *Ligno* etiam differt a Tilia vera, quia *Duriore* materia, *unde*, & item *quod Sterilis* vel semper existimetur vel sæpe sit, *Mas* videtur dici.

III. sive

III. sive TR.

1. TRIBVLVS AQVATICVS sive Tribulus *Marinus* Officinarum, „ sive Nucifer (Wassernuss, Stachelnuss) & Tribulus AQVATICVS „ MINOR PRIOR *Clusii* Rarior. Plantar. Histor. l. ult. c. ult., sive Cri-„ spifolius, sive Crispula Aquatica (Breunling) & TERRESTRIS DIO-„ SCORIDIS l. 4. c. 15. & TERRESTRIS THEOPHRASTI Πρώϊ☉ (Præcox) Histor. Plantar. l. 6. c. 5. sive Leguminosus, plane diversæ sunt Plantæ. Non itaque eodem nomine comprehendendæ.

2. *Leguminosi Fructus firmis Spinis* munitus *Quinquepartitus*, in singulis divisuris quatuor *Spinæ*, ergo *viginti* in universum.

3. Sed *Floribus* discrepat a reliquis Leguminosis. Habet enim similes *Potentillæ* Floribus Confer. Cluſ. Rarior. Plantar. Hist. l. ult. c. 51.

„ 4. TRIFOLIVM SPINOSVM *Creticum* Clusii dicti libri c. 52. *Flores* fert instar *Anagallidis* & *Purpureos*, ergo discrepat a RELIQVIS.

5. TRITICVM VACCINVM (Kuhweizen) sive Melampyrum non est TRITICVM corruptum, sed Herba suæ Speciei, ut ex tota figura apparet. *Folia* & *Ramulos Pariliter* gerit.

IV. sive TY.

TYPHA CEREALIS (vid. Dodon. Pemptad. 4. l. 1. c. 9.) & PALVSTRIS nomine perperam conveniunt.

CAP. XIX.
sive
Litera V.

Argumentum.

1	Assertio *quæ* VALERIANÆ *nomine perperam conveniant.*	Sectiunculas habet	3.
2	*quæ* VERBASCI VERBENÆ & VERONICÆ.	Sectiunc.	3.
3	*quæ* VICIÆ & VIOLÆ.	Sectiunc.	6.

I. sive VA.

1. VALERIANA CÆRVLEA sive Græca *Pennata* quidem *Foliatura* est, sed *non Pariliter sita.* Ideo hæc extra VALERIANÆ Genus seponenda.

„ 2. Dodonæus quoque Pemptad. 3. l. 1. c. 27. *hanc nullam cum Va-*
„*lerianis* veris *similitudinem habere* judicat, consentiente Caspare Bauhi-
„no Pinac. l. 4. sect. 6. in Valerian. 7. qui tamen *Foliorum similitudinem*
„*excipit.*

3. Valeriana vero RVBRA *non* est *Pennata Foliatura*, quamvis Parili. Ideo a reliquis expungenda.

II. sive VE.

„ 1. VERBASCA duo SALVIÆFOLIA Dodonæi Pemptad. 1. l. 5. c. 29. ex VERBASCIS eximenda. Sunt enim *Foliis Parilibus* & *Floribus Galeatis*. Potius dicendæ *Salviæ Verbascifoliæ*, aut *Orvalæ*, aut tale quid.

„ 2. VERBENA NODIFLORA Caspar. Bauhini, quam describit & pingit in Matthiolo ad Dioscorid. l. 4. c. 56. non videtur Conspecialis esse Verbenæ VVLGARI.

„ 3. VERONICA non est ELATINE PRIMA *Dodonæi* Pemptad. 1. l. 2. c. 22. quia *Folia non* sunt Combinata sive *Pariliter sita*. Deinde *Flos* habet *Calcar* sive Corniculum, uti Flos Regius (Rittersporen) vel Osyris sive Linaria.

III. sive VI.

„ 1. VICIA LVTEA *Foliis Convolvuli Minoris* Caspar. Bauhini Pi-
„nac. l. 9. sect. 3. in Vicia ult., sive *Aphaca* Dodonæi, qui plenius pingit cum Siliquis Pemptad. 4. l. 3. c. 12. male refertur ad VICIAM.

2. *Vicia* enim *Foliatura Sigillatim sita*, *Pennata Pari numero*, quæ *in Capreolos* desinit.

3. At *Aphaca* hæc *Capreolos ex Alis Caulis* emittit (id est, Angulis inter Folia & Caulem.)

4. VIOLÆ uno nomine complectuntur, quæ tamen uno Genere ita contineri nequeunt, Violam AQVATICAM; DENTARIAM (*una Folia* habet *Pennatim*, *altera Digitatim* sita, utraque *Florem* gerit *Quatuor Foliorum*;)

5. LATIFOLIAM sive Latisiliquam, sive Lunariam; MARIANAM, quæ a Viola tam MARTIA, quam *Quadrifolii Floris*, cujusmodi etiam MATRONALIS est, discernenda est, Campanulis, Cervicariis & Rapunculis accensenda, ut sit *Campanula Mariana*; *Flore* est *Laminæ solidæ*, *Margine Denticulato.* 6. Sæ-

6. Sæpius quippe *eminus Convenientias* in Speciebus *notant* Botanici auctores, ideoque *Confusis Differentiis* describunt, quod hactenus satis apparuisse existimo.

Portionis II.
DE PLANTIS RELIQVIS PERPERAM HETERONYMIS (*e*)
JVXTA ALPHABETHI ORDINEM,

CAP. I.
sive
Literæ A. B. C.

Argumentum.

1 Assertio ostendit, *quænam* Plantæ *perperam discrepent nomine ab*
ABSINTHIO
ACONITO
APARINE
ATRIPLICE.
Sectiunculas habet 4.

2 *quæ a*
BLITO
BVGLOSSO.
Sectiunc. 2.

3 *quæ a*
CARDVO
CEDROMAGNA *Dioscoridis*
CHÆREFOLIO
CROCO.
Sectiunc. 5.

I. sive A.

1. Ad ABSINTHIVM pertinet ARTEMISIA.

2. Ad ACONITA Lutea Napelliformia sive Napellos ANTHO-

(*e*) Quia autor noster ipse adhuc dubius fuit in determinando certo & perpetuo caractere generico, unde desumi debeat, mirum non est, cum in hujus portionis capitibus subinde voluisse plantas cogere sub idem genus, quæ omnino disjuncta & diversa genera constituunt. V. g. quæ de *Absinthia* & *Artemisia*, it. de *Napello* & *Anthora* monet, utique vera sunt: contra vero *Aperine*, *Asperula*, *Galium*, *Rubia*, omnino seperata sunt genera, quod etiam de *Carduo* & *Cnico*, *Chærefolio* & *Cicuta*, *Croco* & *Colchico* &c. valet, ut cuivis, ex observationibus recentiorum botanicorum patebit: quæ brevibus observasse sufficiant.

THORA vel Zedoaria (Heilgift,) quemadmodum sunt Dulces & Acres Ranunculi.

3. Ad APARINEN (Klebekraut) referenda est ASPERVLA ODORATA sive Hepatica Stellata (Herzfreud, Sternleberkraut) etiam propter Seminum Capitula. Eodem pertinet GALIVM (Mägerkraut, Walstroh, Bettestroh, Labekraut,) MOLLVGO (Sternmägerkraut,) RVBIA.

4. Ad ATRIPLICES pertinet BONVS HENRICVS sive Tota bona.

II. sive B.

1. BLITI Species est AMARANTVS.

„2. BVGLOSSVM HISPANICVM *Tabernæmontani* Kräuterb. „part. 2. sect. 3. c. 11. (p. 134.) sive *Semper-virens* Penæ & Lobelii Stirp. Adversar. (p. 247.) *convenit* satis in *Foliis, Floribus, Caulibus* &c. cum VVLGARI.

III. sive C.

1. CARDVIS accensendus est CNICVS.

„2. CEDRVM LIBANI non est probabile *diversam esse a Cedro* „MAGNA *Dioscoridis*, ut vult Guilandinus l. de Papyr. membr. 24. „sect. 14. & seq., qui maxime *Vitruvii* auctoritate nititur, qui *Cedro Folia Cupresseæ Foliaturæ similia* tribuit l. 2. Architect. c. 9.

„3. Verum *Vitruvius non* adeo subtiliter *Foliorum similitudinem consideraverit*. Testatur autem, *Cedrum in Syria & Creta crescere*. Debuisset itaque Guilandinus nobis Cedrum Vitruvii in Libano, Amano, Tauro aut Ida Cretæ ostendere.

4. CHÆREFOLIVM *Silvestre* CICVTÆ simile, excepto Odore, Sapore & Nocendi Potentia, quæ Homoidiam non impediunt. Confer. Fragment. 1. c. 2. assert. 3. sectiunc. 17. sequent., 27. sequ., 42. & sequent.

5. CROCO cognatæ Plantæ COLCHICVM & hinc *Narcissus Autumnalis*, de quo Portion. 1. c. 12. assert. 1.

Vid. Fragm. 1. c. 2. assert. 3. sectiunc. 36.

CAP.

CAP. II.

five

Literæ E. H. I.

Argumentum.

1 Affertio *quæ nomine perperam difcrepent ab* ESVLA.
2 *quæ ab* HORDEO.
Sectiunculas habet 4.
3 *quæ ab* ILICE.

I. five E.

ESVLA hoc habet proprium, quod *Folia in Vmbellæ Geniculis* funt *Oblonga*, quod tamen etiam eft in LATHYRIDE, quæ recte Efula dici poteft.

II. five H.

„ 1. HORDEVM HIBERNVM fcribit Tabernæmontanus Kräu-„terb. part. 1. fect. 7. c. 15. init. (p. 644.) *Tetraftichum, Hexaftichum* & „*Octaftichum reperiri, effe* etiam *Hordeum* ÆSTIVVM *Tetraftichum.*

2. Inde colligi poteft, Æftivum illud & Polyftichum Hibernum effe forte eandem Speciem. Nam Columella judice de Re Ruftic. l. 2. „c. 9. circa med. *Trimeftre Semen* & Auctumnale *natura non* differunt, „*quippe idem Auctumno fatum melius refpondet.*

3. Deinde Hordeum *Hibernum* & MVNDVM (Reingerften) quod in Gallia frequens ita dictum eft, quia *Maturum* fponte *ex Folliculo* fuo *cadit*, credo eandem effe Speciem.

„ 4. Dubito autem, *num Hexaftichum Columellæ*, de quo c. dict. ante „fin.; *Nulla* (forte exili) *veftitum Palea Granum ejus celeriter decidit,* „*iisdemque de caufis facilius teritur quam cetera;* fit *Polyftichum Ta-„bernæmontani* five Æftivum five Hibernum,) *an* vero ejusdem Tabern. „Reingerften.

III. five I.

„ ILEX COCCIFERA, quam in Italia obfervarunt Pena & Lobe-„lius Stirp. Adverfar. p. 430. eft *Ilex* FRVTICOSA Cæfalpini l. de Plant. 2. c. 2. quæ *Coccum fert*, fed *non copiofum*, ideoque neglectum. Et hinc Cæfalpinus ignoravit, fuam Fruticofam effe Specie eandem cum Cocci-„fera.

„fera. *Enzinam* Hispanorum Lobelius *eandem* facit *cum Ilice Arborea*
„Stirp. Observat. p. 582.

CAP. III.
five
Literæ L. M. O.

Argumentum.

1 Assertio *quæ perperam nomine discrepent a* LAMIO
LILIO CONVALLIVM
& LYCHNIDE
monstrat.
Sectiunculas habet 3.
2 *quæ a* MALVA
& MEDICA.
Sectiunc. 2.
3 *quæ ab* OLEA.

I. five L.

„1. LAMIO vicina est CANNABINA Tabernæmontani Kräuterb. part. 2. sect. 5. c. 11. (p. 263.)

2. LILIO CONVALLIVM accensendæ OPHRIS five Bifolium & HELLEBORINE.

3. LYCHNIDIS Species sunt MVSCIPVLA five Viscaria: & VAC-
„CARIA Dodonæi Pemptad. 1. l. 4. c. 20. *Muscipulæ Flores* aliquam habent convenientiam cum *Caryophylli* Floribus.

II. five M.

1. MALVÆ adnumeranda est ALCEA & ALTHÆA.

„2. MEDICÆ, quæ a Dodonæo TRIFOLIA COCHLEATA di-
„cuntur Pemptad. 4. l. 4. c. 18. quamvis *non* sint *Medica* a *Dioscoride* l. 2. c. 177. descripta, tamen ejusdem sunt Generis, & idem nomen merentur.

III. five O.

„OLEA SILVESTRIS a SATIVA Specie non videtur differre.
„*Silvestris* enim *humilior* & minor est, *Ramis Aculeatis*, *Foliis minoribus*,
„*Baccis minoribus sed frequentioribus*, *&* *minoris Carnis*. Ceteris conveniunt fere, uti ex Dodonæi Pemptad. ult. l. 3. c. 29. colligo.

CAP.

CAP. IV.
sive
Literæ Q. R. S. V.

Argumentum.

1 Assertio *quæ perperam nomine discrepent a* QVERCV.
2 *quæ a* RAPISTRO.
3 *quæ a* SORBO.
4 *quæ a* VICIA.

I. sive Q.

1. QVERCVVM Tres Species memorant Carolus Stephanus & Joannes Liebholt. Prædii Rustici (quod Sebitsius in Germanicam linguam transtulit) l. 6. c. 20. (*a*)

„ 2. *Prima* ROBVR, *Magna, longe diffundens Latos Ramos & Radices, Nodoso Ligno, Brevi Caudice* (Breneiche.)

„ 3. *Altera* QVERCVS, *Minor Quercus*, (Spalteiche) *Altior evadit, Ligno non ita Duro & Nodoso, facile finditur & secatur*.

„ 4. *Tertia* ILEX Trämeiche) *Tenui & Recto Caudice, Octo Cubitos Alto, absque Ramis, ad ædificia omnium utilissima*.

„ 5. *Frondibus* quoque & *Glandibus distincta sunt*.

6. Sed nescio an sit Specificum, an vero Accidentarium Discrimen.

„ 7. Quæritur etiam, *utrum Quercus* quæ *prope Fretum Herculeum*, item „ *in Cantabria* crescunt, ideo quia FRONDES *per* HIEMEM retinent (teste Clusio Rarior. Plant. Hist. l. 1. c. 13.) Specie differant a nostris Quercubus.

II. sive R.

„ RAPISTRVM PVRPVREVM Tabernæmontani Kräuterb. par„ tis 2. sect. 3. c. 3. (p. 124.) tantum Colore differt ab ARMORACIA „ c. 9. (p. 131.) Hæc vero valde accedit ad LAMPSANAM FLORE ME„ LINO c. 4. (p. 125.) descriptam.

III. sive S.

SORBVS *Silvestris* potest ORNI nomine carere. Confer. portion. 1. c. 6. assert. 2. sectiunc. 1.

IV. sive V.

VICIÆ cognata est CRACCA.

Q FRA-

(*a*) Argentinæ 1592. in Fol.

FRAGMENTVM IV.
DE
PARTIBVS QVARVNDAM PLANTARVM CONFVSE COGNITIS.

CAP. I.
DE FOLIO.

Argumentum.

Assertio hæc recenset quasdam *Plantas falso* APHYLLAS.
Sectiunculas habet 3.

1. DENTARIA, Ἄφυλλος quæ dicitur, Caulem habet Foliis vestitum.

„ 2. JVNCVM Guilandinus opponit Matthioli & per consequens Theophrasti definitioni Herbæ l. de Papyr. membr. 1. sect. 10. At Juncus Foliis non caret, præsertim *Acutus*.

3. LIMODORVM quoque & OROBANCHE Caulem habent Foliis amictum.

CAP. II.
DE CAVLE.

Argumentum.

1 Assertio *Plantas* quasdam recenset *falso* EXCAVLES.
Sectiunculas habet 13.

2 *Plantas* quasdam *falso* CAVLIGERAS.
Sectiunc. 6.

I.

„1. ALGA male refertur inter Plantas Ἀκαύλεις a Cæsalpino de Plan- „ tis l. 16. c. 1. *Quoddam* enim *Genus* fatetur *Cauliculum habere* „ *Spicosum* (ut Potamogeton) ejusd. libr. c. 25.

2. ALLII *Caulis altero* vel *tertio anno* surgit. Ideo Caule carere creditur. Confer. Dodonæum Pemptad. 5. l. 3. c. 12. init.

„3. ASA-

„3. ASARVM *Caule caret*, ait idem Pemptad. 2. l. 4. c. 26. med. Videtur tamen *Cauliculum* proferre *Breviculum Flore unico* terminatum. *Cauliculo bina* hærent ex eadem diſtinctione *Folia, Petiolis Caule prolixioribus.*

„ 4. COLOCASIAM ſive Arum Ægyptium, hodie Ægyptiis inſtar Rapi edule, Bellonius Obſervat. l. 2. c. 28. Proſper Alpinus de Plantis Ægypti c. 33. Cluſius Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 4. c. 50. & alii apud „ Cluſium ſummo conſenſu affirmabant *Caule, Flore, Fructu carere.*

5. At Fabius Columna oſtendit *hæc omnia* (pro Caule Cauliculum) Minus cognitar. Stirp. part. 2. c. 1. Confer. Proſp. Alpin. de Plantis Exotic. l. 2. c. 17. & 18.

„ 6. EQVISETVM male refert inter Plantas Ἀκαύλυς Cæſalpinus de Plantis l. 16. c. 1. cum *in Caule* ferat *Semen*, imo *Iulos* pro Flore, imo „ quædam Species etiam *Floſculos*, *Hippuris* ſcilicet *Minor* Dodonæi „ Pemptad. 1. l. 3. c. 21.

„ 7. Item Equiſeto cognata *Ephedra Flores* fert *Muſcoſos* apud Do- „ donæum dict. libr. c. 22. Quia Ephedra eſt *ingens* & Muſcoſos fert Flores, veriſimile eſt *Equiſeti Floſculos* adhibito *perſpicillo* ſaltem *conſpicuos* fore.

8. FILIX PALVSTRIS ſive Oſmunda videtur. Caule & Semine „ non carere, contra ac Cæſalpinus putat de Plantis l. 16. c. 1.

„ 9. MANDRAGORAS, inquit Dodonæus Pemptad. 3. l. 4. c. 29. „ *tam Mas quam Femina Caule carent. Flores ſingulos gerit in Pediculis.*

10. Atqui *Petioli* iſti *Caules* ſunt. Nec enim habent Superficiem interiorem & exteriorem. Quicquid Florem fert aut Fructum, eſt Caulis.

„ 11. NARCISSVS PERSICVS Cluſio Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 2. „ c. 15. *Ἄκαυλος plane Planta eſt, & Floris duntaxat Pediculo prædita* „ *velut Crocum & Colchicum.*

12. Non probo. *Caulis* eſt, utut *Brevis* ſit, cum immediate e Ra- „ dice exeat. Theophraſtus certe Hiſtor. Plant. l. 7. c. 12. *Caulem Floris* vocat, referente ipſo Cluſio dicti capit. fin.

„ 13. VINGO Theophraſtus βλαςὸν βραχὺν (*Germen Breve*) & *Folia* „ *Ampla* Hiſtor. Plant. l. 1. c. 11. init. tribuit. Ergo & Caulem, quem Gui- „ landinus ei denegat l. de Papyro membri 1. ſect. 5.

II.

„1. ADIANTO tam *Albo* quam *Nigro* Καυλὸν tribuit Theophrastus Histor. Plantar. l. 7. c. 13. Videtur *ex* aliorum *relatione* sæpius quam propria observatione loqui.

„2. EPIMEDIVM, inquit Dioscorides l. 4. c. 19.

„Καυλὸς ἐστιν ὅτε καρπὸν ὅτε ἄνθη „φέρων.	*Caulis est nec Fructum nec Flores ferens.*

3. Hinc colligi potest, Epimedium Dioscoridis Caule carere, & „Καυλὸν pro Μίσχον (Pediculo Folii) ut Theophrastus vocat Histor. Plantar. l. 1. c. 16. positum.

4. FILICIS aliquoties meminit Theophrastus, sed quod Caule careat nunquam addit.

„5. FILIX FEMINA sive Ramosa *Caulem* dicitur *habere* a Dodonæo Pemptad. 3. l. 5. c. 1. sed est *Costa Foliatura*, quia desinit in Folium.

„6. TRICHOMANI Theophrastus eodem loco, quo Adianto, Καυλὸν tribuit.

CAP. III.

DE FLORE.

Argumentum.

1 Assertio *Plantas* quasdam *falso* FLORE CARENTES recenset. Sectiunculas habet 7.
2 FLORES quorundam LANVGINEOS & MVSCOSOS considerat. Sectiunc. 20.
3 Flores *falso* STAMINEOS. Sectiunc. 20.
4 Flores RELIQVOS *Confuse cognitos.* Sectiunc. 17.

I.

1. Præter *Colocasiam* & *Equisetum*, de quibus Fragmenti hujus c. 1. affert. 1. sect. 4. seq.,

„2. BECHION hoc est *Tussilaginem absque Flore esse* scribit Plinius l. 26. c. 6. Id ex negligente observatione provenit. *Fugacissimus* enim *Flos* Tussilaginis *ante Folia* erumpit initio veris. Confer. Dodonæum Pemptad. 4. l. 5. c. 9.

„3. CORYLI *Rubellos Flores* deprehendit Tragus (quos *Theophrasto* „Histor. Plantar. l. 3. c. 6. *memoratos* esse vult) Kräuterb. part. ult. c. 67. & confirmat Camerarius vel Matthiolus in Dioscorid. l. 1. c. 97.

„4. *Flo-*

„4. *Florere eam negarunt* quidam apud Theophrastum dicto loco, & apud Ruellium de Natur. Stirp. l. 1. c. 55. & Fuchsius Plantar. Histor. c. 152.

5. FICVI denegatum esse Florem vulgo * creditur. *Latet* autem *in Fructus Pulpa.*

* Scalig. in Theophr. de Caus. Plant. l. 2. c. 23. (p. 152. a, edit. Genev. 1566.)

„6. HORDEVM *non florere* scribit Tragus part. 2. c. 22. Rocken, „Waitzen, Speltz, Dinckel, Amelkorn, Kern, und andere blühen alle „auf Johanni, mit kleinen gelben Fäselein oder Zäpflein, ausgenom„men Gerst bringt keine Blüte.

„7. At Theophrastus *Hordeum florere & deflorere* scribit Histor. Plantar. l. 8. c. 3. init.

II.

1. Admodum Confusa Descriptione Florum utitur Theophrastus paulo ante finem capitis proxime dicti.

„2. Τὰ ἄνθη τὰ μὲν ΧΝΟΩΔΗ, „καθάπερ τοῦ πάντων ὡς εἰπεῖν „Σταχυωδῶν· τὰ δὲ φυλλώδη, κα„θάπερ τῶν Χεδροπῶν. - - -	*Flores alii* LANVGINEI, *ut omnium fere Spicam gerentium* (sc. Semina in Spicam digesta;) *alii foliis constant, ut Leguminum.* - -
„3. Χνοῶδες δὲ καὶ τὸ τοῦ Κέγ„χρου καὶ Μελίνου.	*Flos Lanugineus etiam Milio & Panico.*

4. Et Histor. Plant. l. 1. c. 21.

„Ἄνθη χνοώδη καθάπερ τὸ τῆς „Ἀμπέλου καὶ Συκαμίνου καὶ τοῦ „Κιττοῦ.	*Flores Lanuginei, quemadmodum Vitis, atque Mori & Hederæ.*

5. At *Flores Frumentorum* sunt *Stamina* dependentia. De Vitis & Mori Floribus dicemus in Speciali nostra Plantarum Historia.

6. Nunc quæritur, *utrum Flos Lanugineus* is sit qui MVSCOSVS dicitur Penæ & Lobelio, Clusio, Dodonæo, & Dalescampio; & Moscht Tabernæmontano.

„7. Penæ & Lobelio quidem *Thyrsus* LVTEOLÆ Muscosus Stirp. „Adversar. p. 149. & *Flos* „PHYLLI tam *Feminipari* quam „*Maripari* ibid. p. 99.

„8. RANVNCVLI MINIMI (id „est *Fumariæ Bulbosæ Minimæ* Tabernæmontani Kräuterb. part. 1. sect. 1. fin. p. 95.) Stirp. Adversar. p. 300.

„9. SAXIFRAGÆ ANGLICÆ, „(*Polygonum Minus* est *Gramineum Repens* Casp. Bauhini Pinac. l. 7. sect. 5. in Polyg. Min. 2. Knauel) Stirp. Adversar. p. 183.

„10. Clusio præter Phylli utriusque Florem Flos OLEÆ Rarior. Plantar. Histor. l. 1. c. 11. & l. 4. c. 32. in Phyllo Feminifico.

„LENTISCI ej. l. c. 10.

„LYSIMACHIÆ LVTEÆ TERTIÆ l. 4. c. 35.

„POLYGONO MARINO l. 1. c. 62.

„TEREBINTHI ej. l. c. 11.

„11. Dodonæo Muscosus est Flos CHRISTOPHORIANÆ sive Aconiti Bacciferi Pemptad. 3. l. 3. c. 12.

„12. LYSIMACHII AQVATILIS Pemptad. 4. l. 5. c. 31.

„13. PETASITÆ ejusd. l. c. 20. Hic *Spicam* gerit *Crassam* & *Obtusam* ex *Capitulis* Florum compositam, singulis Capitulis aliquot *Flosculi*, & in Flosculis *Stamina* & *Styli* (ut in Jacea, Scabiosa &c.)

„14. Muscosum etiam dicit Florem RICINI Pemptad. 3. l. 2. c. 11. Ego observavi Florem ejus constare e *Ternis*, Oblongis, Parvulis, Angustis & fere Teretibus, *Bifidis*, obscure Purpureis aut *Rubellis Foliolis ex apice Rudimenti Fructus* prominentibus. Confer. Flores Purpureos Quercus.

„15. His addere licet Florem SANICVLÆ Pempt. 1. l. 5. c. 23.

„TAMARICIS Pempt. 6. l. 2. c. 5.

„& THALICTRI sive Thalietri Pemptad. 1. l. 3. c. 3.

„16. Dalescampius *Primam Speciem* EVPATORII AQVATICI „sive Cunigundinæ Flores Muscosos ferre scribit, quasi eminus intuitus. Vide de hoc Flore Fragm. 3. Portion. 1. c. 5. assert. 4. sectiunc. 1. sequ.

„17. Ta-

„17. Tabernæmontano denique Flos MERCVRIALIS FEMINÆ Moſecht dicitur Kräuterb. part. 2. ſect. 5. c. 14. (p. 267.)

„18. Sane *Thalictri* Flores, quos Dodonæus ob Staminum multitu-„dinem *Muſcoſos* dicit, *Cæſalpino* de Plantis l. 1. c. 7. *adeo exiles ſunt, ut* „*Flocci videantur Lanuginei.*

„19. Ceterum *Theophraſtus* Hiſt. Plant. l. 3. c. 11. FRAXINVM ferre „ſcribit οἷον βρύα καθάπερ ἡ ΔΑΦΝΗ | *velut Muſcos, ut* LAVRVS.

„20. *Pilulas* pingit Auctor Herbarii Lugdunenſis l. 1. *Muſcos in* „*Globum coactos ſimiles Pilis* (einem Bal, *Sphæris*) Cæſalpinus & Camerarius in Matthiol. l. 1. c. 31. vocant. *Non* adeo *bene.* Vide Hiſtoriam noſtram ſectiunc. 5. dictam.

III.

1. Sunt & Flores quidam *falſò* STAMINEI dicti, qui *rectius* ex Floſculis Cavis ſive Fiſtulis arcte farcti ſive *Fiſtuloſi* dicerentur. *Staminei* dici poſſunt, qui *ſolis Staminibus* conſtant, ut *Secalis* (Rogken) &c. (*f*)

„2. Ita Cluſius Stamineos Flores tribuit CARDVO MOLLI PRI-„MO Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 5. c. 41. & CIRSIIS ejusd. l. c. 40. in Squamatis Capitulis, qui tamen videntur aliis Carduorum capitibus ſimiles, hoc eſt, ex Fiſtuloſis Floſculis conferti.

„3. Eidem *Villoſi* dicuntur Flores CENTAVRII MAJORIS „l. 4. c. 5. qui Staminei Dodonæo Pemtad. 3. l. 1. c. 11.

„4. Idem Dodonæus Stamineos Flores tribuit „ATRACTYLIDI Pem-„ptad. 5. l. 5. c. 17. & CNICO Pemptad. 3. l. 2. c. 5. „& CONYZÆ MAJORI AL-„TERI Pemptad. 1. l. 2. c. 32. „& HELENIO Pemptad. 3. l. 2. c. 20.

„5. Expreſſius autem de Stamineis Floribus in JACEA ſive Stœbe Pemptad. „1. l. 5. c. 5. fin. *Aphyllanthes*, inquit, *non temere dici poteſt, absque* „*Foliis enim eſt Flos ejus, ex ſolis denſe confarctis Staminibus conſtans.*

6. Atqui,

(*f*) Inter illos ipſos flores, quos recentioris etiam ætatis botanici credidere ſtamineos, plures eſſe dipetalos confirmavit Cl. *Michelii* induſtria in Novis Plantar. generibus, p. 35. Conf. Cl. *Linnæi* Plantar. genera, p. 13.

„ 2. Dodonæus quoque Pemptad. 3. l. 1. c. 27. *banc nullam cum Va-„lerianis* veris *similitudinem habere* judicat, consentiente Caspare Bauhi-„no Pinac. l. 4. sect. 6. in Valerian. 7. qui tamen *Foliorum similitudinem* „*excipit*.

3. Valeriana vero RVBRA *non* est *Pennata Foliatura*, quamvis Parili. Ideo a reliquis expungenda.

II. sive VE.

„ 1. VERBASCA duo SALVIÆFOLIA Dodonæi Pemptad. 1. l. 5. c. 29. ex VERBASCIS eximenda. Sunt enim *Foliis Parilibus* & *Floribus Galeatis*. Potius dicendæ *Salviæ Verbascifoliæ*, aut *Orvalæ*, aut tale quid.

„ 2. VERBENA NODIFLORA Caspar. Bauhini, quam describit & pingit in Matthiolo ad Dioscorid. l. 4. c. 56. non videtur Conspecialis esse Verbenæ VVLGARI.

„ 3. VERONICA non est ELATINE PRIMA *Dodonæi* Pemptad. 1. l. 2. c. 22. quia *Folia non* sunt Combinata sive *Pariliter sita*. Deinde *Flos* habet *Calcar* sive Corniculum, uti Flos Regius (Ritterſporen) vel Osyris sive Linaria.

III. sive VI.

„ 1. VICIA LVTEA *Foliis Convolvuli Minoris* Caspar. Bauhini Pi-„nac. l. 9. sect. 3. in Vicia ult., sive *Aphaca* Dodonæi, qui plenius pingit cum Siliquis Pemptad. 4. l. 3. c. 12. male refertur ad VICIAM.

2. *Vicia* enim *Foliatura Sigillatim sita, Pennata Pari numero*, quæ *in Capreolos* definit.

3. At *Aphaca* hæc *Capreolos ex Alis Caulis* emittit (id est, Angulis inter Folia & Caulem.)

4. VIOLÆ uno nomine complectuntur, quæ tamen uno Genere ita contineri nequeunt, Violam AQVATICAM; DENTARIAM (*una Folia* habet *Pennatim*, *altera Digitatim* sita, utraque *Florem* gerit *Quatuor Foliorum*;)

5. LATIFOLIAM sive Latisiliquam, sive Lunariam; MARIANAM, quæ a Viola tam MARTIA, quam *Quadrifolii Floris*, cujusmodi etiam MATRONALIS est, discernenda est, Campanulis, Cervicariis & Rapunculis accensenda, ut sit *Campanula Mariana*; *Flore* est *Laminæ solidæ*, *Margine Denticulato*. 6. Sa-

6. Sæpius quippe *eminus Convenientias* in Speciebus *notant* Botanici auctores, ideoque *Confusis Differentiis* describunt, quod hactenus satis apparuisse existimo.

Portionis II.

DE PLANTIS RELIQVIS PERPERAM HETERONYMIS (e)

JVXTA ALPHABETHI ORDINEM,

CAP. I.

sive

Literæ A. B. C.

Argumentum.

1 Assertio ostendit, *quænam* Plantæ *perperam discrepent nomine ab*

1	*quænam* Plantæ *perperam discrepent nomine ab*	ABSINTHIO ACONITO APARINE ATRIPLICE. Sectiunculas habet 4.
2	*quæ a*	BLITO BVGLOSSO. Sectiunc. 2.
3	*quæ a*	CARDVO CEDROMAGNA *Dioscoridis* CHÆREFOLIO CROCO. Sectiunc. 5.

I. sive A.

1. Ad ABSINTHIVM pertinet ARTEMISIA.

2. Ad ACONITA Lutea Napelliformia sive Napellos AN-

(e) Quia autor noster ipse adhuc dubius fuit in determinando certo & perpetuo caractere generico, unde desumi debeat, mirum non est, cum in hujus portionis capitibus subinde voluisse plantas cogere sub idem genus, quæ omnino disjuncta & diversa genera constituunt. V. g. quæ de *Absinthia* & *Artemisia*, it. de *Napello* & *Anthora* monet, utique vera sunt: contra vero *Aperine*, *Asperula*, *Galium*, *Rubia*, omnino seperata sunt genera, quod etiam de *Carduo* & *Cnico*, *Chærefolio* & *Cicuta*, *Croco* & *Colchico* &c. valet, ut cuivis, ex observationibus recentiorum botanicorum patebit: quæ brevibus observasse sufficiant.

THORA vel Zedoaria (Heilgift,) quemadmodum sunt Dulces & Acres Ranunculi.

3. Ad APARINEN (Klebekraut) referenda est ASPERVLA ODORATA sive Hepatica Stellata (Herzfreud, Sternleberkraut) etiam propter Seminum Capitula. Eodem pertinet GALIVM (Mägerkraut, Walstroh, Bettestroh, Labekraut,) MOLLVGO (Sternmägerkraut,) RVBIA.

4. Ad ATRIPLICES pertinet BONVS HENRICVS sive Tota bona.

II. sive B.

1. BLITI Species est AMARANTVS.

„ 2. BVGLOSSVM HISPANICVM *Tabernæmontani* Kräuterb. „part. 2. sect. 3. c. 11. (p. 134.) sive *Semper-virens* Penæ & Lobelii Stirp. Adversar. (p. 247.) *convenit* satis in *Foliis, Floribus, Caulibus* &c. cum VVLGARI.

III. sive C.

1. CARDVIS accensendus est CNICVS.

„ 2. CEDRVM LIBANI non est probabile *diversam esse a Cedro* „MAGNA *Dioscoridis*, ut vult Guilandinus l. de Papyr. membr. 24. „sect. 14. & seq., qui maxime *Vitruvii* auctoritate nititur, qui *Cedro Folia Cupressea Foliaturæ similia* tribuit l. 2. Architect. c. 9.

„ 3. Verum *Vitruvius non* adeo subtiliter *Foliorum similitudinem consideraverit*. Testatur autem, *Cedrum in Syria & Creta crescere*. Debuisset itaque Guilandinus nobis Cedrum Vitruvii in Libano, Amano, Tauro aut Ida Cretæ ostendere.

4. CHÆREFOLIVM *Silvestre* CICVTÆ simile, excepto Odore, Sapore & Nocendi Potentia, quæ Homoidiam non impediunt. Confer. Fragment. 1. c. 2. assert. 3. sectiunc. 17. sequent., 27. sequ., 42. & sequent.

5. CROCO cognatæ Plantæ COLCHICVM & hinc *Narcissus Autumnalis*, de quo Portion. 1. c. 12. assert. 1.

Vid. Fragm. 1. c. 2. assert. 3. sectiunc. 36.

CAP.

CAP. II.

five

Literæ E. H. I.

Argumentum.

1 Aſſertio *quæ nomine perperam diſcrepent ab* ESVLA.
2 *quæ ab* HORDEO. Sectiunculas habet 4.
3 *quæ ab* ILICE.

I. five E.

ESVLA hoc habet proprium, quod *Folia in Vmbellæ Geniculis* ſunt *Oblonga*, quod tamen etiam eſt in LATHYRIDE, quæ recte Eſula dici poteſt.

II. five H.

„ 1. HORDEVM HIBERNVM ſcribit Tabernæmontanus Kräut„terb. part. 1. ſect. 7. c. 15. init. (p. 644.) *Tetraſtichum, Hexaſtichum* & „*Octaſtichum reperiri, eſſe* etiam *Hordeum* ÆSTIVVM *Tetraſtichum.*

2. Inde colligi poteſt, Æſtivum illud & Polyſtichum Hibernum eſſe forte eandem Speciem. Nam Columella judice de Re Ruſtic. l. 2. „c. 9. circa med. *Trimeſtre Semen* & Auctumnale *natura non* differunt, „*quippe idem Auctumno ſatum melius reſpondet.*

3. Deinde Hordeum *Hibernum* & MVNDVM (Reingerſten) quod in Gallia frequens ita dictum eſt, quia *Maturum* ſponte *ex Folliculo* ſuo *cadit*, credo eandem eſſe Speciem.

„ 4. Dubito autem, *num Hexaſtichum Columellæ*, de quo c. dict. ante „fin.; *Nulla* (forte exili) *veſtitum Palea Granum ejus celeriter decidit,* „*iisdemque de cauſis facilius teritur quam cetera;* ſit *Polyſtichum Ta-* „*bernæmontani* ſive Æſtivum ſive Hibernum,) *an* vero ejusdem Tabern. „Reingerſten.

III. five I.

„ ILEX COCCIFERA, quam in Italia obſervarunt Pena & Lobe„lius Stirp. Adverſar. p. 430. eſt *Ilex* FRVTICOSA Cæſalpini l. de Plant. 2. c. 2. quæ *Coccum fert*, ſed *non copioſum*, ideoque neglectum. Et hinc Cæſalpinus ignoravit, ſuam Fruticoſam eſſe Specie eandem cum Cocci-

„fera.

„fera. *Enzinam* Hispanorum Lobelius *eandem* facit *cum Ilice Arborea* „Stirp. Observat. p. 581.

CAP. III.
sive
Literæ L. M. O.

Argumentum.

1 Assertio *quæ perperam nomine discrepent a* LAMIO
LILIO CONVALLIVM
& LYCHNIDE
monstrat.

Sectiunculas habet 3.

2 *quæ a* MALVA
& MEDICA.

Sectiunc. 2.

3 *quæ ab* OLEA.

I. sive L.

„1. LAMIO vicina est CANNABINA Tabernæmontani Kräuterb. part. 2. sect. 5. c. 11. (p. 263.)

2. LILIO CONVALLIVM accensendæ OPHRIS sive Bifolium & HELLEBORINE.

3. LYCHNIDIS Species sunt MVSCIPVLA sive Viscaria: & VAC„CARIA Dodonæi Pemptad. 1. l. 4. c. 20. *Muscipulæ Flores* aliquam habent convenientiam cum *Caryophylli* Floribus.

II. sive M.

1. MALVÆ adnumeranda est ALCEA & ALTHÆA.

„2. MEDICÆ, quæ a Dodonæo TRIFOLIA COCHLEATA di„cuntur Pemptad. 4. l. 4. c. 18. quamvis *non* sint *Medica* a *Dioscoride* l. 2. c. 177. descripta, tamen ejusdem sunt Generis, & idem nomen merentur.

III. sive O.

„OLEA SILVESTRIS a SATIVA Specie non videtur differre. „*Silvestris* enim *humilior* & minor est, *Ramis Aculeatis*, *Foliis minoribus*, „*Baccis minoribus sed frequentioribus*, & *minoris Carnis*. Ceteris conveniunt fere, uti ex Dodonæi Pemptad. ult. l. 3. c. 29. colligo.

CAP.

CAP. IV.
sive
Literæ Q. R. S. V.

Argumentum.

1 Assertio *quæ perperam nomine discrepent a* QVERCV.
2 *quæ a* RAPISTRO.
3 *quæ a* SORBO.
4 *quæ a* VICIA.

I. sive Q.

1. QVERCVVM Tres Species memorant Carolus Stephanus & Joannes Liebholt. Prædii Rustici (quod Sebitsius in Germanicam linguam transtulit) l. 6. c. 20. (*a*)

„ 2. *Prima* ROBVR, *Magna, longe diffundens Latos Ramos & Ra-„dices, Nodoso Ligno, Brevi Caudice* (Breneiche.)

„ 3. *Altera* QVERCVS, *Minor Quercus*, (Spalteiche) *Altior evadit, „Ligno non ita Duro & Nodoso, facile finditur & secatur.*

„ 4. *Tertia* ILEX Trämeiche) *Tenui & Recto Caudice, Octo Cubitos „Alto, absque Ramis, ad ædificia omnium utilissima.*

„ 5. *Frondibus* quoque & *Glandibus distinctæ sunt.*

6. Sed nescio an sit Specificum, an vero Accidentarium Discrimen.

„ 7. Quæritur etiam, *utrum Quercus* quæ *prope Fretum Herculeum*, item „*in Cantabria* crescunt, ideo quia FRONDES *per* HIEMEM retinent (teste Clusio Rarior. Plant. Hist. l. 1. c. 13.) Specie differant a nostris Quercubus.

II. sive R.

„RAPISTRVM PVRPVREVM Tabernæmontani Kräuterb. par-„tis 2. sect. 3. c. 3. (p. 124.) tantum Colore differt ab ARMORACIA „c. 9. (p. 131.) Hæc vero valde accedit ad LAMPSANAM FLORE ME-„LINO c. 4. (p. 125.) descriptam.

III. sive S.

SORBVS *Silvestris* potest ORNI nomine carere. Confer. portion 1. c. 6. assert. 2. sectiunc. 1.

IV. sive V.

VICIÆ cognata est CRACCA.

Q FRA-

(*a*) Argentinæ 1592. in Fol.

FRAGMENTVM IV.
DE
PARTIBVS QVARVNDAM PLANTARVM CONFVSE COGNITIS.

CAP. I.
DE FOLIO.

Argumentum.

Assertio hæc recenset quasdam *Plantas falso* APHYLLAS.
Sectiunculas habet 3.

1. DENTARIA, ἄφυλλ☉ quæ dicitur, Caulem habet Foliis vestitum.

„ 2. JVNCVM Guilandinus opponit Matthioli & per consequens Theophrasti definitioni Herbæ l. de Papyr. membr. 1. sect. 10. At Juncus Foliis non caret, præsertim *Acutus*.

3. LIMODORVM quoque & OROBANCHE Caulem habent Foliis amictum.

CAP. II.
DE CAVLE.

Argumentum.

1 Assertio *Plantas* quasdam recenset *falso* EXCAVLES.
Sectiunculas habet 13.
2 *Plantas* quasdam *falso* CAVLIGERAS.
Sectiunc. 6.

I.

„1. ALGA male refertur inter Plantas ἀκαύλας a Cæsalpino de Plan-
„ tis l. 16. c. 1. *Quoddam* enim *Genus* fatetur *Cauliculum habere*
„ *Spicosum* (ut Potamogeton) ejusd. libr. c. 25.

2. ALLII *Caulis altero* vel *tertio anno* surgit. Ideo Caule carere creditur. Confer. Dodonæum Pemptad. 5. l. 3. c. 12. init.

„3. ASA-

„3. ASARVM *Caule caret*, ait idem Pemptad. 2. l. 4. c. 26. med. Videtur tamen *Cauliculum* proferre *Breviculum Flore unico* terminatum. *Cauliculo bina* hærent ex eadem diſtinctione *Folia*, *Petiolis Caule prolixioribus*.

„4. COLOCASIAM ſive Arum Ægyptium, hodie Ægyptiis inſtar Rapi edule, Bellonius Obſervat. l. 2. c. 28. Proſper Alpinus de Plantis Ægypti c. 33. Cluſius Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 4. c. 50. & alii apud „Cluſium ſummo conſenſu affirmabant *Caule, Flore, Fructu carere.*

5. At Fabius Columna oſtendit *hæc omnia* (pro Caule Cauliculum) Minus cognitar. Stirp. part. 2. c. 1. Confer. Proſp. Alpin. de Plantis Exotic. l. 2. c. 17. & 18.

„6. EQVISETVM male refert inter Plantas Ἀκαύλους Cæſalpinus de Plantis l. 16. c. 1. cum *in Caule* ferat *Semen*, imo *Iulos* pro Flore, imo „quædam Species etiam *Floſculos*, *Hippuris* ſcilicet *Minor* Dodonæi „Pemptad. 1. l. 3. c. 21.

„7. Item Equiſeto cognata *Ephedra Flores* fert *Muſcoſos* apud Do„donæum dict. libr. c. 22. Quia Ephedra eſt *ingens* & Muſcoſos fert Flores, veriſimile eſt *Equiſeti Floſculos* adhibito *perſpicillo* ſaltem *conſpicuos* fore.

8. FILIX PALVSTRIS ſive Oſmunda videtur. Caule & Semine „non carere, contra ac Cæſalpinus putat de Plantis l. 16. c. 1.

„9. MANDRAGORAS, inquit Dodonæus Pemptad. 3. l. 4. c. 29. „*tam Mas quam Femina Caule carent. Flores ſingulos gerit in Pediculis.*

10. Atqui *Petioli* iſti *Caules* ſunt. Nec enim habent Superficiem interiorem & exteriorem. Quicquid Florem fert aut Fructum, eſt Caulis.

„11. NARCISSVS PERSICVS Cluſio Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 2. „c. 15. *Ἄκαυλος plane Planta eſt, & Floris duntaxat Pediculo prædita* „*velut Crocum & Colchicum.*

12. Non probo. *Caulis* eſt, utut *Brevis* ſit, cum immediate e Ra„dice exeat. Theophraſtus certe Hiſtor. Plant. l. 7. c. 12. *Caulem Floris* vocat, referente ipſo Cluſio dicti capit. fin.

„13. VINGO Theophraſtus βλαστὸν βραχὺν (*Germen Breve*) & *Folia* „*Ampla* Hiſtor. Plant. l. 1. c. 11. init. tribuit. Ergo & Caulem, quem Gui„landinus ei denegat l. de Papyro membri 1. ſect. 5.

II.

„1. ADIANTO tam *Albo* quam *Nigro* Καυλὸν tribuit Theophrastus Histor. Plantar. l. 7. c. 13. Videtur *ex* aliorum *relatione* sæpius quam propria observatione loqui.

„2. EPIMEDIVM, inquit Dioscorides l. 4. c. 19.

„Καυλὸς ἐστιν ὄυτε Καρπὸν ὄυτε Ἄνθη „Φέρων.	*Caulis est nec Fructum nec Flores ferens.*

3. Hinc colligi potest, Epimedium Dioscoridis Caule carere, & „Καυλὸν pro Μίσχον (Pediculo Folii) ut Theophrastus vocat Histor. Plantar. l. 1. c. 16. positum.

4. FILICIS aliquoties meminit Theophrastus, sed quod Caule careat nunquam addit.

„5. FILIX FEMINA sive Ramosa *Caulem* dicitur *habere* a Dodonæo Pemptad. 3. l. 5. c. 1. sed est *Costa Foliatura*, quia desinit in Folium.

„6. TRICHOMANI Theophrastus eodem loco, quo Adianto, Καυλὸν tribuit.

CAP. III.
DE FLORE.

Argumentum.

1	Assertio *Plantas* quasdam *falsò* FLORE CARENTES recenset.	Sectiunculas habet	7.
2	FLORES quorundam LANVGINEOS & MVSCOSOS considerat.	Sectiunc.	20.
3	Flores *falsò* STAMINEOS.	Sectiunc.	20.
4	Flores RELIQVOS *Confuse cognitos.*	Sectiunc.	17.

I.

1. Præter *Colocasiam* & *Equisetum*, de quibus Fragmenti hujus c. 1. assert. 1. sect. 4. seq.,

„2. BECHION hoc est *Tussilaginem absque Flore esse* scribit Plinius l. 26. c. 6. Id ex negligente observatione provenit. *Fugacissimus* enim *Flos* Tussilaginis *ante Folia* erumpit initio veris. Confer. Dodonæum Pemptad. 4. l. 5. c. 9.

„3. CORYLI *Rubellos Flores* deprehendit Tragus (quos *Theophrasto* „Histor. Plantar. l. 3. c. 6. *memoratos* esse vult) Kräuterb. part. ult. c. 67. & confirmat Camerarius vel Matthiolus in Dioscorid. l. 1. c. 97.

„4. Flo-

„4. *Florere eam negarunt* quidam apud Theophrastum dicto loco, & apud Ruellium de Natur. Stirp. l. 1. c. 55. & Fuchsius Plantar. Histor. c. 152.

5. FICVI denegatum esse Florem vulgo * creditur. *Latet* autem *in Fructus Pulpa.*

* Scalig. in Theophr. de Caus. Plant. l. 2. c. 23. (p. 152. a, edit. Genev. 1566.)

„6. HORDEVM *non florere* scribit Tragus part. 2. c. 22. Rocken, „Waitzen, Speltz, Dinckel, Amelkorn, Kern, und andere blühen alle „auf Johanni, mit kleinen gelben Fäselein oder Zäpflein, ausgenom- „men Gerst bringt keine Blüte.

„7. At Theophrastus *Hordeum florere & deflorere* scribit Histor. Plantar. l. 8. c. 3. init.

II.

1. Admodum Confusa Descriptione Florum utitur Theophrastus paulo ante finem capitis proxime dicti.

„2. Τὰ ἄνθη τὰ μὲν ΧΝΟΩΔΗ, „καθάπερ τοῦ πάντων ὡς εἰπεῖν „Σταχυωδῶν· τὰ δὲ φυλλώδη, κα- „θάπερ τῶν Χεδροπῶν. - - -	*Flores alii* LANVGINEI, *ut omnium fere Spicam gerentium* (sc. Semina in Spicam digesta;) *alii foliis constant, ut Leguminum.* - -
„3. Χνοῶδες δὲ καὶ τὸ τοῦ Κέγ- „χρου καὶ Μελίνου.	*Flos Lanugineus etiam Milio & Panico.*

4. Et Histor. Plant. l. 1. c. 21.

„Ἄνθη χνοώδη καθάπερ τὸ τῆς „Ἀμπέλου καὶ Συκαμίνου καὶ τοῦ „Κιττοῦ.	*Flores Lanuginei, quemadmodum Vitis, atque Mori & Hederæ.*

5. At *Flores Frumentorum* sunt *Stamina* dependentia. De Vitis & Mori Floribus dicemus in Speciali nostra Plantarum Historia.

6. Nunc quæritur, *utrum Flos Lanugineus* is sit qui MVSCOSVS dicitur Penæ & Lobelio, Clusio, Dodonæo, & Dalescampio; & Moscht Tabernæmontano.

„7. Penæ & Lobelio quidem *Thyrsus* LVTEOLÆ Muscosus Stirp. „Adversar. p. 149. & *Flos*

„PHYLLI tam *Feminipari* quam „*Maripari* ibid. p. 99.

„17. Tabernæmontano denique Flos MERCVRIALIS FEMINÆ Mosecht dicitur Kräuterb. part. 2. sect. 5. c. 14. (p. 267.)

„18. Sane *Thalictri* Flores, quos Dodonæus ob Staminum multitu- „dinem *Muscosos* dicit, *Cæsalpino* de Plantis l. 1. c. 7. *adeo exiles sunt, ut* „*Flocci videantur Lanuginei.*

„19. Ceterum *Theophrastus* Hist. Plant. l. 3. c. 11. FRAXINVM ferre „scribit οἷον βρύα καθάπερ ἡ ΔΑΦΝΗ | *velut Muscos, ut* LAVRVS.

„20. *Pilulas* pingit Auctor Herbarii Lugdunensis l. 1. *Muscos in* „*Globum coactos similes Pilis* (einem Bul, *Sphæris*) Cæsalpinus & Camerarius in Matthiol. l. 1. c. 31. vocant. *Non* adeo *bene*. Vide Historiam nostram sectiunc. 5. dictam.

III.

1. Sunt & Flores quidam *falsò* STAMINEI dicti, qui *rectius* ex Flosculis Cavis sive Fistulis arcte farcti sive *Fistulosi* dicerentur. *Staminei* dici possunt, qui *solis Staminibus* constant, ut *Secalis* (Rogken) &c. (*f*)

„2. Ita Clusius Stamineos Flores tribuit CARDVO MOLLI PRI- „MO Rarior. Plantar. Histor. l. 5. c. 41. & CIRSIIS ejusd. l. c. 40. in Squamatis Capitulis, qui tamen videntur aliis Carduorum capitibus similes, hoc est, ex Fistulosis Flosculis conferti.

„3. Eidem *Villosi* dicuntur Flores CENTAVRII MAJORIS „l. 4. c. 5. qui Staminei Dodonæo Pemtad. 3. l. 1. c. 11.

„4. Idem Dodonæus Stamineos Flores tribuit „ATRACTYLIDI Pemptad. 5. l. 5. c. 17. & CNICO Pemptad. 3. l. 2. c. 5. „& CONYZÆ MAJORI ALTERI Pemptad. 1. l. 2. c. 32. „& HELENIO Pemptad. 3. l. 2. c. 20.

„5. Expressius autem de Stamineis Floribus in JACEA sive Stœbe Pemptad. „1. l. 5. c. 5. fin. *Aphyllanthes*, inquit, *non temere dici potest, absque* „*Foliis enim est Flos ejus, ex solis dense confarctis Staminibus constans.*

6. Atqui,

(*f*) Inter illos ipsos flores, quos recentioris etiam ætatis botanici credidere stamineos, plures esse dipetalos confirmavit Cl. *Michelii* industria in Novis Plantar. generibus, p. 35. Conf. Cl. *Linnæi* Plantar. genera, p. 13.

6. Atqui, inquam ego, ficut *in Foliatura* (in Laubung) *non sola* ea sunt vere *Folia*, quæ *Plana* sunt, seu quæ Latitudinem habent Terminatam, uti pleraque, sed ea quoque quæ Latitudinem habent interminatam, uti sunt Folia *Cepæ* &c., intus scilicet *Cava*; ita quoque inter *Folia Florea* recenseri possunt & recensentur etiam, quæ Interminatam, sive in se Recurrentem habent Latitudinem, ita ut quilibet Flos Καλυκώδης (*Campaniformis*) aut Καλαθώδης, aut Κυτινώδης, uno quasi Folio constet.

8. Ita *Aristolochiæ Flos* uno Folio constat Interminatæ Latitudinis, quamvis quod ad Longitudinem sit Terminatus.

9. Ita quoque Flos *Cyani, Scabiosarum, Aphyllanthis*.

10. Quod si *nomen* inter *Folium & Stamen intermedium* dare *libeat*, non repugno, verum *propior* est *essentia* hæc essentiæ *Foliorum*, quam Staminum.

11. Deinde *Folia* illa Curta & Interminate Lata, quæ conficiunt Umbonem seu Pomum *in Floribus Pomosis, non Stamina* sunt, sed ad Folia Interminatim Lata pertinent.

„12. Clusius ipse in Disco *Asteris tertii Flosculos Luteos multos* „*Quinque Foliorum* (hoc est, Laciniarum) describit Rarior. Plantar. Hi„stor. l. 4. c. 7. & *ex similibus* Concavis Flosculis *Discum Doronici tertii* „(Gembsenwurz) & *quinti* (hoc est Wolferley) *compositum* testatur, sed „*illius Quinque, hujus Quatuor Crenis Fissis*, ejusdem l. c. 8.

„13. *Chrysanthemi Cretici* Clusii Rarior. Plant. Histor. l. 3. c. 32. *Discus* ex *Flosculis ducentis & sexaginta* circiter constat arcte farctis. Quilibet est Citrinus Tubulus, cujus ora in *Quinque Lacinias* Acutas est Fissa.

„14. Ex Tubulo prominet *Stylus* paulo longior, *Apice* in *Bina Cornua* Citrina Fisso. In interioribus tamen Disci Flosculis Stylus Bicornis nondum est exsertus.

15. *Quot* sunt *Flosculi, totidem* sunt Viridia *Seminum Rudimenta*, quibus Flosculi inhærent singulis singuli.

„16. Tabernæmontanus denique flockichte Blumen BELLIDI FLO„RE PLENO (gefülleten Mahslieben.) IMPERATO„RIÆ NIGRÆ (Schwarz Meisterwurz) & SCABIOSÆ tri„buit Kräuterb. part. 1. sect. 3. c. 15. (p. 245.) qui Jaceas quoque vo„cat Flockblumen.

„Ihre

„17. Ihre Blumen, inquit part. ejusd. sect. 5. c. 11. (p. 447. & 449.) „sind von vielen Fäselein oder Flocken an statt der Blätlein zusammengesetzet.

18. At in *Imperatoria Nigra Flos* adest ex *Novem* vel pluribus Albis nitidis *Foliis Stellæ* instar compositus.

19. Ex Centro vero Floris hujus surgunt *Pediculi conferti*, quorum *Capitula* Oblongiuscula *Binis* gravida sunt *Seminibus*. Pediculi hi *Staminum* quasi sunt *loco*. Sunt enim ex Virore Albicantes, simulque gerunt Semen, & forsan singuli suum Flosculum. *Inæquales* sunt, alii Breviores, alii Longiores. Observabatur anno 1651. Augusti fine.

20. *Amplius* & diligentius & in pluribus Individuis & diverso tempore *observandus* hic Flos erit.

IV.

1. ALNI Fructum & Iulum videtur confundere Tragus Kräuterb. part. ultim. c. 63. dum *Iulum in Fructum mutari* putat.

„2. Im Frühling, inquit, bringen die Erlen braune Blüt oder „Getreid, schier wie die Bircken und Büchen. Doch fallen gedachte „Erlenzäpflein nicht so ab, wie an den Büchen, sondern werden gantz „hart und gedrungen, anzusehen als Oliven. Gegen den Herbst seyn „sie zeitig, und fallen ab, draus werden junge Stöcklein.

„3. Hæc Bauhinus exscripsit in Matthiol. in Dioscorid. l. 1. c. 93.

„4. Rectius Cæsalpinus de Plantis l. 2. c. 8. *Hieme fert Amentum; „Æstate autem & Autumno Fructum ex Squamis.*

„5. BALSAMITÆ MAJORI (Frauenmüntz, Römisch Salbey) „*Comam* tribuit Dodonæus Pemptad. 2. l. 4. c. ult. *Aurei Coloris ex mul-„tis Flosculis veluti Corymbis, Tanaceti atque Eleochrysi modo in Umbella „cohærentibus, quorum singuli ex multis exiguis Staminibus Luteis simul „farctis compositi sunt.*

6. Satis perplexe, obscure & confuse loquitur Dodonæus. Estne Vmbella idem quod Coma, an pars Comæ, & Corymbus idem quod Vmbella, an pars Vmbellæ?

7. Ego Balsamitæ Majoris Flores in *Thyrsum Rarum* dispositos *dicerem*, Balsamitæ item Minoris, sed Balsamitæ *Minoris Thyrsum Vmbellæ æmulum.*

„8. EVPATORII AQVATICI five Cunigundinæ PRIMAM SPE-
„CIEM *Flores Valerianæ ſimiles ferre* dicit Tabernæmontanus Kräuterb. part. 1. ſect. 4. c. 8. (p. 343.) quaſi eminus intuitus.

9. Nihil ſimile habent Floribus Valerianæ, niſi quod in Vmbellas ſunt diſpoſiti. Sed *Valerianæ Flores ex Foliis* conſtant, non Floſculis, Vide Fragment. 3. Portion. 1. c 5. aſſert. 4. ſectiunc. 1. ſequ.

„10. FILIX PALVSTRIS five Osmunda putatur *Florum Ligulas*
„*emittere* Penæ & Lobelio Stirp. Adverſar. p. 363.

11. Specie, non vere. Sunt enim *Folia non explicata.* Confer. Cæſalpin. de Plantis l. ult. c. 4. & Dodon. Pemptad. 3. l. 5. c. 2.

„12. HYACINTHVS HISPANICVS Cluſii Rarior. Plantar. Hiſtor.
„l. 2. c. 25. ſive *Hyacinthus non ſcriptus* Dodonæi Pemptad. 2. l. 2. c. 17.
„male Longiflorus ſive *Oblongo Flore* Caſpari Bauhino Pinac. l. 2. ſect. 1.
„in Hyacinth (3) & Δολίχανθος Petro Laurembergio Apparatus Plantarii l. 1. c. 11. 5. Spec. Hyacinthi, dicitur.

13. Flores enim hujus *non* videntur *Longiores* Floribus *Orientalis* Hyacinthi, niſi quod Orientalis Florum Oras magis habet Reflexas, ita ut *medius* ſit *inter Longiflorum* & *Stellatum.*

„14. MERCVRIALIS FEMINA, ſive *Florens* Cæſalpini de Plantis
„l. 8. c. 2. ſcribitur *Racemulum ex Alis Oblongum & Tenuem ferre refer-*
„*tum Granulis Herbaceis, qui Floſculi ſint ſine Fructu.*

15. Quid igitur ſunt iſta *Granula?* Sunt *Flos nondum explicatus, ut* Flores *Capparis* quibus veſcimur.

„16. POLYGALÆ MAJORIS PRIMÆ, Herbæ ſcilicet, *Flores, Flo-*
„*ribus Fumi Terræ non multum abſimiles eſſe* Cluſius ſcribit Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 3. c. 22.

17. At Polygalæ Herbæ *Vulgaris* Flores videntur aliquid *conforme* habere cum *Floribus Gladioli.*

CAP. IV.

DE SEMINE.

Argumentum.

1 Aſſertio *nullam Plantam* ex iis quæ ſponte oriri ſine Semine putantur, SINE SEMINE *oriri*, probat.

Sectiunculas habet 36.

Scho-

I.

1. **Q**ui *Plantas* SINE SEMINE *nasci* probare nituntur:
Primo, VBI SEMEN NVLLVM ESSE POTVIT, proge-„neratam Plantam fuisse, monstrare contendunt; verbi gratia, *ex Terris* „*Incultis, alteque Effossis* uti Joan. Baptist. Porta Villæ l. 4. c. 2. & Phytognomon. l. 2. c. 1.

2. *Ex Commissuris Lapidum* in Muris *Violas Luteas nasci* vult Tra-„gus Kräuterb. part. 1. c. 191. circa init. Gäl Fiolatten findet man zu „Cölln am Rhein allenthalben auf den Mauren wachsen aus den Fu-„gen der Steine, welche ohne Zweifel von Natur ohne Samen oder „Pflanzung herfürkriechen. Confer. part. ult. c. 80.

3. At PRIMO quarundam Plantarum *Semen* adeo *Exile* est, ut *Vento ferri* quoque possit.

4. De Semine Inconspicuo Theophrastus Histor. Plantar. l. 6. c. ult. init.

„Τὰ δὲ ἕτερα πάντα μὲν Ἀνθεῖ καὶ „Σπερμοφορεῖ. δοκεῖ δὲ ὀ πάντα, „διὰ τὸ μὴ Φανερὸν εἶναι τινῶν „τὸν Καρπὸν, ἐπεὶ καὶ τὸ Ἄνθος „ἐνίων Ἀμαυρόν.	*Reliqua omnia & Florem & Semen ferunt. At putantur non omnia ferre, quod non manifestus sit quorundam Fructus, quia & Flos quorundam Inconspicuus est.*

5. Et de Causis Plantar. l. 4. c. 5.

„Ὁ δ' Ἐρινεὸς ὁμολογουμένως γεννᾷ. --- Γεννᾷ δὲ καὶ τὸ τοῦ Θύμου Ἄνθος καὶ ἄλλων, ἃ πρὸς τὴν „ἡμετέραν αἴσθησιν Ἀφανῆ. τὸ δ' „Ἄνθος μόνον Φανερόν.	*Caprificus vero procul dubio generat. - - - Generat vero & Thymi Flosculus & aliorum* Semina, *quæ nostro Sensui Inconspicua; at Flos solus cernitur.*

„6. Accedat Varronis locus de Re Rustica l. 1. c. 40. circa init. ex „Theophrast. de Cauſ Plantar. l. 1. c. 5. *Quædam ad genendum usque „adeo Parva, ut sint Obscura, ut Cupressi. Non enim Galbuli qui nascun- „tur, id est, tanquam Pilæ parvæ Corticiæ, id Semen; sed in iis intus Pri- „migenia Semina dedit Natura.*

7. Ita *Dentis Leonis* & *Salicis* Lanugineum *Semen* a *Vento* circumquaque *dispergitur*, ut non inepte dixerit Anaxagoras referente Theophrasto Histor. Plantar. l. 3. c. 2.

„τὸν Ἀέρα πάντων ἔχειν Σπέρματα, | *Aerem omnium continere Semina,* aut certe plerorumque.

8. Accedit huc, *quo Minora Semina, eo esse Fertiliora.* Vide Theophrastum de Causis Plantar. l. 2. c. 17.

9. SECVNDO Amnium *Fluentis deferuntur*, unde *ad Ripas* plena *Herbarum copia.*

„10. De *Nesso* Amne Theophrastus Histor. Plant. loc. proxime di- „cto refert, quod *in Abderensi agro Alveum sæpe mutet, & simul ac „mutaverit, tantum materiæ in iis locis congerat, ut intra triennium „Opaca omnia reddat* (συνηρεφεῖν est in Græco ab ἐρέφω *contego*) scilicet Fruticibus & Herbis.

11. TERTIO potest alio casu fieri, ut *Avibus* aut *aliis* Animalibus deferantur, vel *Pennis*, vel etiam *Ventriculo*, ut e Fimo nascatur Planta. Vide Theophrastum de Causis Plantar. l. 2. c. 23. & 24. & Tabernæmontan. Kräuterb. part. 3. sect. 3. c. 23. (p. 691.)

12. QVAR-

12. QVARTO *Imber* etiam idem facere poteſt. Theophraſtus Hiſtor. Plantar. l. 3, c. 2.

„συγκαταφέρει (ἡ Ἐπομβρία) πολ-„λὰ τῶν Σπερμάτων.	*Defert* (Imber) *ſecum pleraque Semina.*

13. Ad id quod Porta ſcribit Villæ l. 4. c. 2. & Phytognomon. „l. 2. c. 1. de *Herbis natis e Terra ex antiquorum ædificiorum fundamentis* „*eruta*, noto, *per* totam *Terræ craſſitudinem diſpergi Radiculas*, unde potuerunt oriri.

14. Item *Semina* diutius poſſe integra *perdurare*, ubi *cauſis* putrefacientibus atque *immutantibus non* ſunt *expoſita*.

15. Secundo nonnulli ſi quam Plantam *admixta* Terræ *re* aliqua *lætiorem* propullulare vident, putant ſtatim EX MATERIA HETEROGENEA *naſci ut e Semine*.

16. Sic quod *Cornua Animalium proſint Aſparagis, ex iis* hos *enaſci* creditum eſt Didymo, Geoponicor. Conſtantino nuncupator. l. 12. c. 18. quibusdam apud Dioſcoridem l. 2. c. 152. Plin. l. 19. c. 8. circa med. Vide etiam Tabernæmont. Kräuterb. part. 1. ſect. 5. c. 1. (p. 426. fin.)

„17. Ita *ex Stercore Anſerino* enaſci *Anſerinam* nonnulli putant apud Tabernæmontanum part. ejusd. ſect. 4. c. 20. (p. 350. fin.)

„18. Ad id, quod de *Silvis ex Pluviis & de Laſerpitio* ita ortis Theophraſtus Hiſtor. Plantar. l. 3. c. 2. fin. & de Cauſis Plant. l. 1. c. 5. init.; & ex eo Plinius l. 16. c. 33. fin. prodiderunt, reſpondendum, *Terram Imbribus* fuiſſe *adjutam*, quæ forte fuit ſiccior quam ut Semina ſua quæ jam continebat, nutrire poſſet; vel etiam *Semina Vento* & IMBRE *a proxima* Silva eſſe delata.

„19. Quod autem Pluvia Semen deferatur, vel *ex Ægypto* patet & „*Africa* (ex Columell. de Re Ruſt. l. 2. c. 12.) *ubi Agricola poſt Semen*-„*tem, ante Meſſem Segetem non attingit, quia vel nulli vel rari ſunt* „*Imbres.*

20. Nulla ergo Sarritione vel Runcatione opus. At poterat, inquam ego, *Nilus* Semina invehere melius quam Pluvia.

„21. *De Laſerpitio* præterea *opinionem* Theophraſtus *ut alienam*, non ſuam refert, nec approbat, quare nec nos credere neceſſe habemus.

„22. Ceterum Ariſtoteles *Plantas a Putreſcente vel Humo vel Par*-„*te aliqua Planta* oriri docet Generat. Animal. l. 1. c. 1. fin.; *ex Nive*

„ de Plantis l. 2. c. 3. med.; *ex Aquæ crassitie* c. 4. init., ubi & plura „ hujusmodi vide.

„ 23. Theophrastus *ex Lacryma Equapium* (Ἱπποσέλινον, quod Ju-„ lius Cæsar Scaliger transfert *Veapium*, *& Lilium & alia quædam exire* docet Histor. Plantar. l. 2. c. 2. init. & de Cauf. Plantar. l. 1. c. 4. circa „ finem. *Scammoniam* præterea & *Smyrnidem* Fruticellum nominat Hist. dict. l. 9. c. 1. Non credo ego.

„ 24. Idem *ex Ligno minutatim Conciso Stirpium Generationem fieri* „ tradit dict. Histor. l. 2. init.

„ 25. Dioscorides l. 1. c. 110. fin. *quosdam memoriæ prodidisse* refert, „ *Corticem Populi Albæ & Nigræ particulatim Cæsum & Sulcis Stercoratis* „ *mandatum omni tempore edules Fungos proferre.*

26. Quod Scaliger repetit Exercit. 104. sect. 17. fin. & Porta Magiæ „ Natur. l. 3. c. 1. ubi etiam ex Dioscoride docere vult, *Fungos particu-* „ *larius iis locis gigni, ubi Clavus Ferreus, in quo sit Rubigo, aut Panni* „ *Marcor adfuerit. Nam si juxta Serpentis Cavernam, Arboresve No-* „ *xias, Noxios esse.*

27. Credo Portam respicere Dioscorid. l. 4. c. 83. init.. Verum ibi *Dioscorides Clavum, Pannum, Serpentes* dicit *causas* esse non Fungorum simpliciter gignendorum, sed *Venenatorum* Fungorum. Ejus verba sunt:

„ Παρὰ πολλαῖς δὲ αἰτίαις γίνονται „ τοιοῦτοι (Φθαρτικοί.) ἢ γὰρ Ἥλοις „ Κατιωμένοις, ἢ ῥάκεσι Σεση-„ πόσιν.	*Multis vero de causis gignuntur tales* (sc. Venenati.) *Aut Clavis Rubigine consumtis, aut Pannis Putrefactis* &c.

29. Tertio Plantam SEMINE omnino CARERE volunt.
Conf. c. 2. aff. 1. sectiunc. 4, 8.

30. Communiter Semine destitui feruntur Plantæ EXCAVLES, uti sunt *Adiantum*, *Ceterach* sive Scolopendrium, *Filix*, *Lonchitis*, *Phyllitis* (Hirschzunge.)

„ 31. *Seminis Rudimentum evanidum*, non Semen concedunt Pena „ & Lobelius *in Filice* & Filice Palustri sive *Osmunda*, & *Lonchitide*, Stirp. „ Adversar. p. 362. 363. & 364.

32. Sed *Phyllitis* &c. *Radicibus Fibrosis* constant, non satis ad propaga-

pagationem aptis. Nullas enim Transversas emittunt Radices. Necesse igitur est Semine aliquo instructas esse.

33. Etiam *Tuna Folio* tum *Florem* tum *Fructum* gerit.

34. Cum vero etiam non Cauligeræ Semen in Foliis supinis ferant, *minus* probabile est, esse ullam Essentialem *Sterilitatem* hoc est, Seminis absentiam *in* Planta aliqua CAVLIGERA.

„ 35. Theophrastus quoque *nullam esse Plantam toto Genere Sterilem*, hoc est, cujus quodlibet Individuum Semine Fecundo careat, sentire videtur de Causis Plantar. l. 4. c. 5. & alibi.

„ 36. Et l. 1. c. 1. non dicit solum, *Plantas quæ Semen ferunt, Semine* „*pronasci, sed e Semine Generationem omnibus communem esse* fate-„tur his verbis: Ὅτι μὲν οὖν κοινὴ πᾶσιν ἡ διὰ τοῦ Σπέρματος γένεσις, φανερόν.

SCHOLION I

1. Aristoteles Generat. Animal. l. 3. c. 9. fin. *non omnes Plantas Sponte oriri posse* putavit.

„ 2. Γίγνεται δὲ τὰ μὲν (Ἔντομα) ἐξ „ὀχείας αὐτῶν, καθάπερ οἵ τε Ὄρνι-„θες καὶ τὰ Ζωοτόκα, καὶ τῶν Ἰχ-„θύων οἱ πλεῖστοι· τὰ δ᾽ Αὐτόματα, „καθάπερ ἔνια τῶν Φυομένων.	*Oriuntur vero alia* (Insecta) *per Coitum illorum sicut & Aves & Vivipara & Piscium plurimi: alia vero Sponte, modo nonnullarum Plantarum.*

3. Alioqui non ἔνια τῶν Φυομένων sed τὰ Φυόμενα dixisset.

„ 4. Absque Semine autem Herbam nasci credit, quod *Herbæ* „*Materia movetur motu, quem Semen moveret*, Metaphys. l. 7. t. 31. fin. (§. 25.) Vide ibi Alexandrum.

II

1. Quod quædam *Herbæ* putantur *Sponte* nasci sine Semine, fit inde, quia *non* satis sunt *observatæ*. Si enim diligentius inspiceremus, Semen etiam omnium & nil nisi Semine nasci videremus.

2. Quare etiam *de Oleribus* jam certa res est (fatente Theophra-„sto Histor. Plantar. l. 7. c. 2.) *ea omnia nasci posse e Semine.* Hominum enim cura maxime circa illa fuit, & diligentissime observata sunt.

3. Idem de causis Plantar. l. 1. c. 1. causam erroris hujus tradit his verbis:

„4 Aut

„ 4. Διὰ τὸ μὴ χρῆσθαι (τῷ Σπέρματι) „τοὺς γεωργοὺς ἐπ' ἐνίων, ὅτι θᾶττον ἀπ' „Αὐτομάτων παραγίνεται, καὶ διὰ τὸ „μὴ εἶναι ῥαδίως ἐπί τινων λαμβάνειν „μήτε τῶν Δένδρων, μήτε τῶν Ποωδῶν „τὰ Σπέρματα, διὰ τοῦτ' οὐκ οἴονταί „τινες πάντα φύειν ἀπὸ τοῦ Σπέρμα-„τος ἐνδέχεσθαι, καί τοι φανερώτατον „ἐπὶ τῶν Συκῶν.

Quia non utuntur (Semine) *agricolæ in aliquibus, quod celerius Sponte prodeant; item quia non possunt facile in quibusdam accipi tam Arboribus quam Herbis Semina, caprupter non putant quidam omnia nasci e Semine posse, quod manifestissimum in Ficis.*

5. Et c. 5. circa finem:

„ Ὀλίγα δὲ Ἄκαρπα τῶν ὁμογε-„νῶν οἱ ὑλοτόμοι φασὶν εἶναι. Ταῦ-„τα ἤτοι λανθάνειν εἰκὸς, ἢ διὰ τὸ „καταναλίσκειν εἰς ἄλλα τὴν Τροφὴν „Ἄκαρπα γίνεσθαι, καθάπερ τὰς „Ἀμπέλους τὰς Τραγώσας καὶ ὅσοις „ἄλλοις τοῦτο συμβαίνει γινόμενον „ἐπὶ τῶν Καρπίμων ἢ Καρποφό-„ρων.

Pauca Sterilia ex iis quæ Generis unius lignatores dicunt esse. Quæ & aut latere consentaneum, aut, quod absumant ad alia Alimentum, Sterilescere, quemadmodum Vites quæ quasi Hirci fiunt, & quotquot aliis illud evenit inter ea quæ Fructum ferre apta aut Fructum ferunt.

6. Nonnunquam fieri verum est, ut Planta aliqua, cujus Species Semine alias non destituitur, OB SOLI, in quo sita est, INEPTITVDINEM *nec Semina nec Flores*, imo *nec Caulem* quidem ferat, quam propterea Diversæ statim Speciei esse credunt, cum tamen ex Accidenti tantum id contingat;

„7. Quemadmodum Tabernæmontanus (Dioscoridem l. 3. c. 87. „secutus) *tertiam Speciem* facit *Libanotidis* quæ sit *Infrugifera*, cum alias eam *primæ* dicat *esse persimilem* Kräuterb. part. 1. sect. 4. c. 7. (p. 315. & 316.)

„ 8. Imo forsan ne Sterilis quidem est, sed *nondum adultæ*, necdum Fructui ferendo ætate par. Observetur igitur Libanotidis Generatio.

„9. De *Fraxino* Tragus Kräuterb. part. ult. c. 78. Eschernbaum ist „zweyerley Art, haben beyde Laub wie Sperwerbaum, habe nie keine „Frucht an diesen Bäumen gesehen.

10. Et tamen *Fructus* in Apothecis satis *notus* est (*Linguam Avis* „vocant. Fructus Arboris, quæ Hahnbüchen, *non* appellatur eo nomine, ut Tragus credidit ejusd. part. c. 73. & 79.)

Vid. Fragm. 3. port. 1. c. 6. aff. 2. sectiunc. 2. 3.

11. Quod si hoc Trago contigit, quid aliis minus oculatis, minus sedulis Observatoribus?

12. De *Helenio* Dioscorides l. 1. c. 27:

„ Ἑλένιον Καυλὸν οὐκ ἀνίησιν ἔν τισι „τόποις.

Helenium Caulem non emittit in quibusdam locis.

„13. Tragus

„13. Tragus de eodem Kräuterb. part. 1. c. 55: So die Blumen aus-
„geblühet haben, stehen die haarichte Köpffe mit ihrem Saamen (wel-
„cher sich dem Kartensaamen vergleichet) bis an den Herbst, davon mag
„man auch junge Alantstöcklein, wie von obgemeldten Rebenäugelein,
„zielen, welches ich auf beyden Seiten versucht, und wahr erfunden
„habe.

„14. Jul. Cæs. Scaliger *Jesemino Florem sine Fructu* falso tribuit, Commentar. in Theophr. de Caus. Plantar. l. 2. c. 23. (p. 152. a, Genev. „1566.) Dodonæus Pemptad. 3. l. 3. c. 22. *Semen* ejus *Latum instar* „*Lupini, raro tamen succrescere* scribit. Nimirum in hoc Climate.

„15. *Non scitis*, inquit Varro de Re Rustica l. 2. c. 1. fin. *Palmulas* „*Caryotas in Syria parere in Judæa, in Italia non posse?* Locus videtur pauxillum corruptus.

„16. Sedum Majus Vulgare, quod vulgo JOVIS BARBAM appellant, Stephanus Claveus Paradox. de Lapidibus & Gemmis (Gal„licus liber est) l. 2. c. 12. (p. 329.) *inter Plantas Semine destitutas* refert, (*Jombarde* vocat, alias Joubarbe & Joubarde.)

17. Dodonæus de Semine ejus, ut de multarum Plantarum Seminibus, silet Pemptad. 1. l. 5. c. 8. Cum autem *Herba* omnibus partibus *perfecta* sit, & Flores Foliis, & Staminibus, denique Perianthio instructi, (ut ex pictura apparet, nam & de hoc tacet Dodonæus.)

„18. Et Sedum Arborescens sive Fruticescens, sive *Sedum Majus Dioscoridis* Clusio Rarior. Plantar. Histor. l. 4. c. 40. quod in Lusitania & Italia & Græcia crescit, Stellatis Floribus, & Staminulis eorum, & reliquis partibus a Sedo Majore Vulgari non discrepans, (Perian„thium nec describit nec pingit Clusius) *Semen Exile Nigrum* proferat, teste eodem;

19. Verisimile est *Vulgare* quoque præsertim *in Gallia* & *Italia Semine* suo non destitui. Quod forsan magis *perficeretur*, si *propagatio Radicis per Appendices inhiberetur.*

20. Præterea quæ *Sedo cognata* sunt, ut Cotyledon, Telephium, Radix Rhodia, *Semen* quoque Minutissimum Scobis instar ferunt.

„21. His adde Theophrasti Histor. Plantar. l. 3. c. 5.

22. Per Accidens etiam *Semine carent*, quæ carent, quia EX TALEA propagatæ, sicuti Arbores quæ ex Stolonibus fiunt, Fecundæ putantur.

23. Aristoteles Gener. Animal. l. 1. c. 18. circa fin.

„Ἔνια δ' ὐ φέρει Σπέρμα· οἷον Ἰτέα
„καὶ Αἴγειρος.

Quædam non ferunt Semen; ut Salix & Populus.

„24. Theophrastus de Caus. Plantar. l. 4. c. 5. & alibi, *de Vlmo &* „*Salice* ait *ambigi*, utrum Fecundæ sint.

„25. Plinius l. 16. c. 26: *Fructum Arborum solæ nullum ferunt, hoc* „*est, ne Semen quidem Tamarix, Populus, Alnus, Vlmus Atinia, Ala-*

„*ternus.* Et c. 17: *Atiniæ* (Vlmi) *non ferunt Samaram.* *Ita vo-*
„*catur Vlmi Semen.*

„26. In SALICE ſane Floris vice *Lanitium Amenti* ſequiunciam „Oblongum & Teres propendet, *nec Seminiperda* ſemper eſt, ut „Homerus vult Odyſſ. κ paulo ante fin., quia alicubi Semen excipitur, & Satum oritur.

27. Idem teſtatur Tragus Kräuterb. part. ult. c. 60: & Cluſius Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 1. c. 54. & 55. Anno 1626. Pentecoſt. feſto, in Salice *Fragili* Luteis Flagellis, in *Annotinis* (ejus) *Surculis* numeroſa *Thecularum* ſive Siliquarum Teretium Turbinatarum *Series*; Imum Surculi Annotini & Summum tantum Folioſum, Surculi Horni Theculis caſſi.

28. In Theculis Lana; *intra Lanam* ſingulum *Semen Puſillum Nigricans.* Quædam Semina deprehendi Albida, Maculoſa, hæc Immatura judico.

Vid. ſectiunc. 39.

„29. Adjiciam locum Plinii ex l. 16. c. 26: *Ocyſſime Salix amittit* „*Semen, antequam omnino Maturitatem ſentiat* (v. etiam Theophraſt. Hiſtor. Plant. l. 3. c. 2. init.)

„30. *Providens Natura facile naſcenti & depacto Surculo Incurio-* „*ſius Semen dedit.* *Vna tamen proditur ad Maturitatem perferre* „*ſolita in Creta inſula* &c.

31. POPVLI NIGRÆ Seminis aperte meminit Dioſcorides l. 1. c. 114. ubi dicit:

„ὁ Καρπὸς δὲ μετὰ Ὄξυς πινόμενος „Ἐπιληπτικὰς ὠφιλεῖ.	*Fructus vero cum Aceto potatus Comitialibus utilis eſt.*

32. Non dubium ergo, quin & *reliquæ* Species *Semen* ſuum habeant, quod & *in Amentis*, uti in Nigra latitare puto. Confer Hiſtoriam noſtram Specialem Plantarum.

„33. Plinius ipſe l. 17. c. 11: *Populis eadem ratio Semine, qua Vlmos,* „*ſerendi: transferendi quoque e Seminariis eadem & Silvis.*

„34. VLMVS ATINIA *non ſeritur e Samara.* Sic ait Columella „de Re Ruſtica l. 5. c. 6. Et poſt initium ejusd. cap.: *Atiniam Vl-* „*mum Tremellius Scrofa non ferre Samaram* (*quod eſt Semen ejus* „*Arboris*) *falſo eſt opinatus.*

„35. *Nam Rariorem* (Samaram) *ſine dubio creat, & idcirco pleriſque* „*Sterilis videtur, Seminibus inter Frondem, quam prima Germina-* „*tione edit, latentibus. Itaque nemo jam ſerit ex Samara ſed ex* „*Sobolibus.*

„36. Vide Matthiolum in Dioſcorid. l. 1. c. 95. qui *alterum ex duo-* „*bus Vlmorum Generibus* etiam *Sterile*, facit.

37. De his & reliquis ſectiunc. 25. nominatis Cluſii verba audire „operæ pretium fuerit ex Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 1. c. 2. 3. *Nemo,* „**inquit**, *rei Herbariæ adeo ignarus eſt, qui* **ALNOS** *ex Semine, quod* „*in*

„ *in Globulis Adultiores ferunt, naſci non ſciat, cum & ipſis Ruſticis* „ *id ſit notum.*

„ 38. TAMARIX *ſane ex Semine non ſemel mihi nata eſt. Popu-* „ *los, Salices Seminibus Papposa Lanugine involutis provenire; VI-* „ *mos item Atinias ex Samaris (ferunt enim Semen ſed minus quam* „ *Latifolia) plerumque vidi.*

„ 39. Et ante hæc: *In* ALATERNO *Arboreſcente nullum Fructum* „ *vidi. In Alaterno Humiliori Fructum Racematim cohærentem, Len-* „ *tiſcini Magnitudine, Rubeſcentem non nihil, qui Tribus Nucleis con-* „ *ſtare videtur, forſan Maturitate Nigreſcentem.*

Vid. ſectiunc. 29.

„ 40. LILIVM tam *Album* quam *Aureum* Tragus *ſine omni Fructu* „ *& Semine* ſcribit Kräuterb. part. 2. c. 84. & 85.

41. Dioſcorides Seminis meminit l. 3. c. 116. circa finem:

„ Τὸ δὲ Σπέρμα (Κρίνου) Ἑρπετῶν „ δήγματι ἀλεξιφάρμακον ποθέν.	*Semen vero* (Lilii) *Serpentium morſibus adverſatur potum.*

42. Videtur autem *Pollinem Luteum Staminum* intelligere. Pli- „ nius vero l. 21. c. 5: *Alba Lilia iisdem omnibus modis ſeruntur, qui-* „ *bus Roſa.* At c. 4: *Tardiſſime proveniunt* (Roſæ) *Semine, quod in* „ *ipſo Cortice eſt ſub ipſo Flore opertum Lanugine.* Ergo etiam Lilia Semine proveniunt ex ſententia Plinii.

„ 43. Idem rurſus c. 5: *Candor Lilii eximius, Foliis foris ſtriatis* „ *& ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſe laxantibus effigie Cala-* „ *thi, Reſupinis per ambitum Labris, Tenuique Filo* (ſi *Stamina* intel- „ ligit, ea ſatis *Robuſta* ſunt) *& Semine* (forte Stamine) *ſtantibus in* „ *medio Crocis.* Per Crocos forſan *Transverſa Staminum Corpuſcu-* *la* Polline Luteo conſperſa intelligit, non ipſum Pollinem.

„ 45. ROSMARINO & SABINÆ idem *Semen denegat* l. 17. c. 13. fin.

„ 46. De Sabina Dodonæus Pemptad. ult. c. 6: *Et e Semine & e* „ *Ramo ſeritur. Verum e Ramo ſata Fructum fert nullum.* Tacite innuit (quod etiam poſt exprimit) e Semine ſatum Fructum ſive Semen ferre. Vnde enim alias e Semine ſeri poſſet?

47. RVTAM etiam quidam apud Theophraſtum Hiſt. Plantar. „ l. 7. c. 2. *Semine naſci* negant. *Sed tarde,* inquit ille, *naſcitur,* „ *quare Surculo eam ſerere ſolent.*

Corollarivm I.

„ 1. *Plantarum quædam Sponte naſcuntur,* ait Cardanus de Re- „ rum Variet. l. 6. c. 23. (§. 5.) *ut* CVPRESSVS *in Creta & apud nos* „ TRIBVLVS *in agris* &c.

2. Quod ex Theophraſti Hiſtor. Plantar. l. 3. c. 2. circa fin. videtur ſumſiſſe, ubi ita:

„Ἐνιαχῦ δὲ ἂν μόνον ὑπεργάσωνὶαι „καὶ κινήσωσιν, ἰυθὺς ἀναβλαςάνειν „τὰ οἰκεῖα τῆς Χώρας, ὥσπερ ἐν Κρή-„τῃ Κυπάριτὶοι. - - -	*Alicubi, modo Solum sulco tenui moverint, protinus emergere familiaria Terræ illius, ut in Creta Cupressi.* - - -
„3. ἐν δὲ τοῖς ἡμιβρόχοις ἐὰν ὑπο-„νεάσῃ, φαίνεσθαί φασι Τρίβολον.	*At in semina defectis, si subnoventur, apparere ajunt Tribulum.*

Confer Plin. l. 16. c. 33. fin.

4. Sed pergit paulo post Theophrastus:

„ Ἄυται μὲν (Γενέσεις) ἂν ἐν τῇ με-„ταβολῇ τῆς Χώρας εἰσὶν, εἴτε καὶ „ὑπαρχόνὶων Σπερμάτων, εἴτε καὶ „αὐτῆς (Χώρας) πως διατιθεμέ-„νης.	*Hæ* (Generationes) *ergo ob mutationem Regionis fiunt, sive etiam existentibus Seminibus, sive etiam ipsa* (Regione) *quodammodo disposita.*

5. *Cupressum* quod attinet, Sponte nasci credita esse videtur, quia ejus *Semina* sunt *obscura*, ut jam diximus assertion. hujus sectiunc. 6.

6. Quæ etiam causa fuerit, cur THYMO SQVAMIFLORO Semen denegaverint. Vid. Theophrast. Histor. dict. l. 6. c. 7.

„7. *Ex Seminibus* autem *propagari* Cupressum, ut *&* *ex Trunco* auctor est Theophrastus Histor. Plantar. l. 2. c. 2.

„8. Idem *Semen* ejus *Membraneum* & *Conis adhuc pendentibus exsi-„liens, ut omnium Coniferarum,* expresse ostendit de Causis Plantar. l. 1. c. 23. post init., cum quibus confer l. 4. c. 5. Vide etiam Plin. l. 17. c. 10. circa fin.

COROLLARIVM II

„1. ACERI MAJORI seu Latifolio Tragus falso *Semen denegat* Kräuterb. part. ult. c. 80. & Bauhinus Pinac. l. 11. sect. 5. in Acere 1.

„2. Quod CAPRIFICVS etiam *Fructum* tulerit, sed *insipidum* & „*ingratum*, qui tamen interdum *Ficubus intermixtus* sit *venditus*, „ex Athenæi l. 3. (p. 76. Commelin. edit. C. D.) constat, cui Capri-„ficus Ἐρινὸς & Ἐρινεὸς; Fructus Ἔρινον.

3. Ὄλυνθος vero est Grossus sive Immatura Ficus. Galenus Simplic. Medicament. facult. l. 8. in Σύκ.:

„Τὰ δὲ τῶν Ἐρινεῶν Σύκα δριμέα „ἐςὶ καὶ διαφορητικῆς δυνάμεως. „Οὕτως καὶ τῶν ἡμέρων αἱ Ὄλυν-„θοι.	*Caprificorum vero Ficus acris sunt & digerentis facultatis. Ita etiam Sativarum Immaturæ Ficus.*

4. *Non* itaque omnis Caprificorum Fructus *in Calices abiit*.

„ 5. DICTAMNO CRETICO falso *Semen denegavit* Dioscorides l. 3. c. 37. Conf. Dodon. Pemptad. 1. l. 2. c. 33. & Pemptad. 2. l. 4. c. 13.

6. De

6. De GLYCYRRHIZA Pena & Lobelius Stirp. Adversar. p. 405: „*Si qua est Sterilis Glycyrrhiza, uti Matthiolus sibi revera certum* „*esse auditione, postremis Commentariis* (in Dioscoridis l. 3. c. 5.) „*prodit, tres forent Glycyrrhizæ Species. Nobis tamen quot de fa-* „*cie notæ, tot Frugiferæ sunt.* (Echinata Dioscoridea & Siliquosa.)

II.

„1. Qui FICUM *ex Semine vix aut nunquam propagari* asserunt*, eos *refutant* Ciceronis in *Cantone Majore* c. 15. (si quid ponderis habent) verba hæc:

* Sennert. natur. scient. epit. l. 6. c. 4. (section. 4.)

„2. *Omitto vim ipsam omnium quæ generantur e Terra: quæ ex* „*Fici tantulo Grano aut ex Acino Vinaceo, aut ex ceterarum Frugum aut* „*Stirpium Minutissimis Seminibus tantos Truncos Ramosque procreet.*

3. Ad hæc nemo inficias ire potest, *Ficum Semen ferre.* Si ergo verum est, ut quidem est maxime illud Theophrasti Histor. Plantar. l. 2. c. 1. paulo ante finem;

„Ἅπαντα ὅσα ἔχει Σπέρματα, καὶ „ἀπὸ Σπέρματος γίγνεται:	*Omnia quæ habent Semen, etiam e Semine gignuntur:*

sane Ficum suo Semine progenerari nemo negaverit.

III.

„1. Theophrastus de Causis Plantar. l. 4. c. 7. circa initium *Semen* „Δίκρουν (ut Loci Muliebres) tribuit ÆGILOPI, ideoque *ex una parte* „*statim nasci Stipulam unam, alteram manere Otiosam toto anno.*

2. Quod non solum Julio Cæsari Scaligero commentar. in istum locum, sed & mihi *suspectum.*

„3. Theophrastus etiam ibidem *posteriores Stipites Ægilopis, Loti* „*& Bulbi non e Semine sed e Radice pullulare, aliorum esse sententiam* refert.

IV.

„1. *Seminis Conceptacula Ternis Costis aut Loculamentis conspicua in* „RICINO *esse* scribunt Pena & Lobelius Stirpium Adversar. p. 306.

2. Nescio cur Costas vocent. Ego *Cuneos Sphæricos* dicerem. Ita „*e Cuneis Sphæram* materialem componit Ziglerus Geographus ille Bavarus libel. de Sphæræ constructione, quem Valderus Basileæ edidit

cum aliis opuſculis titulo Sphæræ atque Aſtrorum Cæleſtium Rationis & Motus.

3. Sunt autem *Cunei Sphærici*, vel *Semicirculares*, quorum Superficies Sphærica duobus Circulis Maximis terminatur, hoc eſt, quorum planæ duæ Superficies ſunt Semicirculi Maximi; vel Cunei *Quadrantales* &c.

4. Ita *Mala Aurantia* Natura diviſit in Cuneos, item *Limonia & Citria.*

V.

„1. Ad CÆSALPINI l. 4. de Plantis non pertinent MAIZVM c. 54. „& LACRYMA JOBI c. 55. quia *non* ferunt *Semen ſub Flore.*

„2. Idem l. 8. perſequitur Plantas quæ ſub Singulis Floribus *Gemi-„na* ſive *Bina Seminum Conceptvcula*, ſive Bipertita Conceptacula, & in „*Singulis* Loculis ſive *Alveolis* ſive Cellis *Semina* vel *Singula*, de quibus usque ad c. 14. vel *Plura* habent.

3. Ergo huc non pertinent, quibus *Fructus ſine Flore* eſt, & *Flos „ſine fructu*, ut MERCVRIALIS & XANTHIVM, de quibus tamen agit c. 1. & 2.

„4. L. 14. deſcribuntur Plantæ, quæ *intra Vnum Florem Multa Se-„mina* gerunt, *nullo præter Perianthium Tegmine.*

„5. Male ergo huc MALVAM c. 30. & ſeq. refert, quæ *Globulum Compreſſum* (ad inſtar Caſei) fert, in quo Semina. Nec excuſat Cæſalpi-„num, quod Globulus is in *ſeptem* vel *octo Loculos dehiſcit.* Hac ratione Malva accedit *ad Abutilon.*

„6. Ad l. 15. non pertinet ARISTOLOCHIA, ſed *ad Cucurbitas. Flos* enim ejus *Fructui ſummo inſidet*, ſi picturæ Cluſii (Rarior. Plantar. Hiſtor. l. 4. 47.) & Dodonæi (Pemptad. 3. l. 1. c. 1.) credendum.

7. Deinde Ariſtolochia *non* habet *ad Vnum Florem Plura Conceptacula, ut Abutilon, Helleborus*, ſed unum quod in Plura rurſus eſt dividuum.

„8. DENTARIA quoquè ex l. 15. excludenda. *Fert* enim *ad Sin-„gulos Flores Singulas Siliquas*, ut Cæſalpinus ipſe fatetur c. 33.

VI.

„1. Cæſalpinus *Cor in Arboribus extrorſum vergere* ſcribit l. 2. c. 1.

2. Id

1. Id verum quidem videtur in iis, quæ *Singula Semina Singulis Petiolis* & *Singulis Floribus* ferunt; at *non* in iis, quæ in Vno Pericarpio sub Vno Flore Plura Semina, ut *Mala*, *Pyra*.

COROLLARIVM.

Artificium Peripateticum hoc videtur Cæsalpini, quod *orditur* a *Differentia* quæ & *Difficilis* est *observatu*, & a *Paucis observata* aut notata.

VII.

1. MARIS & FEMINÆ *nomine pro lubitu* Botanicorum quisque uti videtur.

2. *Præstat* CANNABEM, CYNOCRAMBEN (Waldbingelkraut,) MERCVRIALEM, PHYLLVM (Welschbingelkraut,) SPINACIAM &c. distinguere in Prolificam sive *Fecundam*, & *Florigerum*, quam in Marem & Feminam.

„3. Ceterum Clusius Rarior. Plantar. l. 4. c. 32. *præfert in Phyllo Ma-„ri & Femina sententiam Theophrasti*, quia magis convenit cum Mercuriali &c.

4. Sed Dioscoridis sententia (vide l. 3. c. 140.) potior mihi videtur, ut id sit *Femineum*, quod *Fructum fert*, id *Masculum* quod tantum *Florem*.

5. Ita & Aristoteles de Plantis l. 1. c. 2:

„εὑρίσκεται ἐν τοῖς φυτοῖς ὅτι ἔχει „τὰ φυτὰ γένος ἄῤῥεν καὶ θῆλυ.	*reperitur in Plantis, quod habent Plantæ Genus Masculum & Femineum.*
„6. Καὶ πάντως τὸ μὲν ἄῤῥεν „ὅτι τραχύτερον, καὶ σκληρότερον, „καὶ μᾶλλον φρίσσον. τὸ δὲ θῆλυ „ἀσθενέστερον καὶ καρποφόρον „πλέον.	*At omnino Masculum est Asperius, atque Durius, & magis Rigidum; at Femineum Debilius, & Fecundius.*

„7. Plinius quoque l. 16. c. 26. ante finem: *Mares non ferunt*.

„8. FRAXINVM CAMPESTREM sive Βουμελίαν *Duplicem* facit „Caspar Bauhinus ad Matthiol. in Dioscorid. l. 1. c. 92. *Marem sive Ste-„rilem*, cui *Florum Racemos sive Globulos Nigros Musco similes* cum aliis „auctoribus (sed non bene, ut c. 3. aff. 2. fin. diximus) tribuit, *qui abs-„que*

„*que Fructu decidant;* & *Feminam sive Frugiferam, quæ Fructum ferat,* „de quo huj. cap. assert. 1. schol. 2. sectiunc. 10.

„9. Sic LAVRVS *Mas* dicitur Tabernæmontano Kräuterb. part. 3. „sect. 3. c. 11. (p. 676. fin.) quæ *Infrugifera* est, *Femina Baccifera:*

„10. Ad quam significationem pertinet appellatio PALMÆ *Maris* „ejusd. sect. c. 20. (p. 687.) item SAMBVCI QVARTÆ *Maris* ejusd. „section. c. 62. (p. 755.) & TILIÆ *Maris* ejusd. section. c. 40. (p. 711.)

„11. Sed addit statim Plinius: *Aliqui hoc permutantes Mares esse quæ* „*ferant tradunt.*

„12. Ita de CANNABE *Femina* Caspar Bauhinus ad Tabernæmon- „tani part. 2. sect. 5. c. 11. (p. 263.): Bringt keinen Saamen, blühet „häuffig mit kleinen bleichgrünen treuschlichten Blümlein, welche un- „fruchtbar abfallen, und vergehen, wächst aus des Männleins „Saamen.

„13. De LVPVLO Camerarius ad Matthioli Herbarii l. 4. sive ult. „c. 145: Es ist sich wol zu verwundern, das, welcher blühet, der trägt kei- „nen Saamen; dagegen, welcher Saamen hat, bekommt keine Blüte. „Idem in titulo capitis ejusdem: *Lupulus Femina*, Hopffen ohne Frucht; „*Lupulus Mas*, Hopffen ohne Blüt.

„14. Sed Florens Lupulus Maris, Fecundus Feminæ nomine appel- „landus esset.

„15. Similem errorem puto Lobelii, quod *Mercurialem Marem cum* „*Semine*, *Feminam cum Flore* pingit Stirp. Observat. p. 131. qui error tamen etiam Dodonæo est communis Pemptad. 5. l. 1. c. 33.

„16. Apud Theophrastum quoque Histor. Plantar. l. 3. c. 6. post „init. *quidam binas* JVNIPEROS *esse dicunt, & alteram Florere quidem* „*sed fructum non ferre; alteram non Florere sed protinus Fructum ostendere,* „ὥσπερ καὶ τὰς Συκᾶς τὰ Ἐρινεά. | *ut Ficos Poma procidua.*

„17. Similiter Cæsalpinus de Plantis l. 3. c. 45. circa init. & ex eo „Caspar Bauhinus Pinac. l. 11. sect. 5. in Popul. 3. POPVLVM NI- „GRAM *quandam* scribunt *Florem veluti Amentum ferre Colore Ru-* „*bente aut Candicante, at Fructum non ferre; quandam Fructum ferre* „*Racemulum, Grana tenentem Viridia & Rotunda, in quibus Lana Can-* „*dida, sed non Florere.*

„18. Quem-

„18. Quemadmodum idem Cæſalpin. l. 3. c. 54. init. TAXVM, *in „Alpibus creſcentem Arborem, Floſculos Amentaceos ferre* ſcribit, *inter „Folia ſine Fructu; quæ autem Fructum fert, eum Rotundum gerere.*

19. Videntur Arbores hujusmodi *ſero* Floreſcere, & vel *uno anno Florere*, *altero Fructum ferre;* vel ubi *aliquot annos Flores* tulerunt *ſine Fructu*, deinde *Fructus* ferre *ſine Flore* quod amplius obſervandum.

20. Sane *in Phyllo Marifico Dioſcoridis*, id eſt, *Feminifico Theo„phraſti*, negant *ſe Semen unquam deprehendere potuiſſe* Pena & Lobelius „Stirp. Adverſar. p. 99. At Tabernæmontanus *Semen valde ſero ferre* ſcribit Kräuterb. part. 2. ſect. 5. c. 16. (p. 269.)

CAP. V.

DE RADICE.

Argumentum.

Aſſertio hæc, *an quædam* Plantæ RADICE CAREANT, disquirit. Sectiunculas habet 6.

1. Quædam videntur *quibusdam Conatum* tantum *Vitæ habere*, non Vitam, uti *Corallia Corallina* (Muſcus) & *Reliqui Muſci, Fungi* &c.

2. CORALLIVM *innaſcitur Conchyliis, Cranio humano aliis*que Offeis, Petroſis & Lapidoſis rebus, ſed hoc *non impedit*, quo minus *Radi„ces* habeat, etiamſi etiam *Ferreæ Anchoræ innaſci* poſſet, uti refert Beguinus Tyrocin. Chem. l. 2. c. 10. in Tinctur. Corall.

3. Si Corallium *totum erui poſſet* e natali ſolo, *rectius* de eo judicaremus. Jam Fragmenta ejus piſcatione extrahuntur hinc inde fluitantia.

„4. JESEMINVM *trienne effoſum absque Radice ſe reperiſſe* ſcribit Jul. Cæſar Scaliger. Exercitat. contra Cardan. 152. ſect. 2. circa finem. Confer. etiam ejusd. Commentar. in Theophraſt. l. 1. de Cauſis Plant. c. 2. (p. 4. b.)

5. LENTICVLA PALVSTRIS *in averſa parte Radiculas* inſpe„ctantibus apertiſſime oſtendit, quam Scaliger *ſine Radice eſſe* ſcribit Exercit. 140. ſect. 1. circa med. & Comment. in Ariſtot. l. 1. de Plantis (p. 19. a. Genev. edit. 1566. fol.)

6. PARASITICÆ Herbæ, ut *Caſſutha, Epithymum, Viſcum*, fruuntur ſi non ſuæ, at *alienæ Radicis beneficio.*

Vid. Scalig. comment. in Ariſt. l. 2. de Plant. (p. 125. a.)

FRAGMENTVM V.
VITA PLANDARVM

Argumentum.

1 Aſſertio NVTRIMENTA ATTRACTIONEM in Plantis vel *per Animam* aliquam vel per ſolam *Organiſationem* fieri concedit. Sectiunculas habet 5

2 Solam *Organiſationem* in Attractione illa *ſufficere* probat. Sectiunc. 15.

Schol. *Quænam Ariſtoteles Excrementa* Plantis *deneget*, indicat. Sectiunc. 4.

3 LONGÆ VITÆ Plantarum *Cauſam male reddi ab Ariſtotele* monſtrat. Sectiunc. 4.

Schol. *Ariſtotelis locum* ex l. 2. de Anima t. 20. *conſiderat* & ΠΥΘΜΕΝΑ *non* eſſe *Cordi Analogam partem* in Plantis probat. Sectiunc. 13.

I.

1. Ea quæ in Plantis NVTRIMENTI ATTRACTIO, vel *per Animam* Mundi vel per ſolam *Organiſationem* fieri concedendum eſt.

2. Si *per Animam* aliquam, etiam tum *Organiſatione* aliqua *opus* eſt. Alias omnes Plantæ eſſent ſimili forma, niſi quis alii atque alii Plantæ aliam atque aliam Animam attribuere velit.

3. Si jam Plantarum Radices *attrahunt*, non ea ſolum quæ ad ſuam Conſtitutionem requiruntur, ſed *quævis* alia, neceſſe eſt, ut ſit aliqua *Excretio*.

4. Sin ea ſolum attrahunt, quæ *ad Conſtitutionem* pertinent, opus eſt aliquo, quod *diſcernat* Vtile ab Inutili.

5. Jam igitur Excretio illa vel Diſcretio, utrum per Animam fieri debeat, an vero Organiſatio ſola ſufficiat, videndum eſt.

II.

(g) Organicam vegetabilium ſtructuram, qua vivunt, i. e. nutriuntur & augentur *Neh. Grewii*, *Marcell. Malpighii*, nec non *Ant. à Leewenhoech* detexit induſtria, confirmavit recentiorum omnium obſervatio. Conf. *L. B. de Wolff. vom Gebrauch derer Theile der Pflanzen.* it. *vom Leben und Tod derer Pflanzen.* & Celeb. *Chr. Gottl. Ludwigii* Inſtitutiones hiſtor. phyſ. regni vegetabilis, Part. II. & *Io. Geſnerus* in diſſ. phyſic. de Vegetationis & Fructificationis ſtruct. differ. & uſu. Fluidorum vero motum, quo ad ſingulas partes deferuntur, ejusque rationem demonſtravit *Steph. Hales* in Vegetab. Statica; nec non *Claud. Perrault*, de la Circulation de ſeve des plantes. Oper. Phyſic. & Mechanic. Tom. I. p. 71. ſeqq. De morbis autem plantarum eorumque cauſis vid. *Chr. Sigism. Eisfahrt* diſſ. Phyſ. de Morbis plantar. Lipſ. 1724. Conf. Act. Lipſ. Academica Part. VII. Nr. IV. p. 657.

II.

1. *Non* videntur *indigere* Plantæ ſingulari *Anima intelligente*, quæ poſſit Alimentum Conveniens diſcernere ab Inconveniente.

2. Nam primo fieri poteſt, ut *Radicum Ora* ita ſint Organiſata, ut *non omnis generis intromittant Succos.*

3. Exempli gratia, ut *harum* Radicum Pori conſtringantur & *claudantur* re aliqua, *illarum aperti* ſint & permeabiles eidem materiæ.

4. Deinde quis dixerit, *peculiare id habere* Plantas, *ut* nil niſi *Conveniens* ſuæ ſubſtantiæ *attrahant?* Nam & illæ non minus ac cetera Viventia ſua *habent Excrementa*, quæ per Folia Flores & Fructus effundunt, „unde recte Scaliger Exerc. 140. ſect. 1. circa med. *Florem & Fructus* „*Plantæ partes negat.*

„5. Ariſtoteles de partib. Animal. l. 2. c. 10. ab initio *Viventibus &* „*Perfectis omnibus partes* dicit *maxime neceſſarias eſſe duas; alteram qua* „*Cibum capiant, alteram, qua Excrementum emittant.*

6. Pergit:

„τὰ μὲν Φυτὰ τοῦ μὲν Ἀχρήστου Περιττώματος ἐκ ἔχει τόπον. Ἐκ τῆς Γῆς γὰρ λαμβάνει πεπεμμένην τὴν Τροφήν. Ἀντὶ δὲ τούτου (Περιττώματος) προΐσταται τὰ Σπέρματα καὶ τοὺς Καρποὺς.

Plantæ quidem Supervacui Excrementi non habent locum. Ex Terra enim accipiunt concoctum Nutrimentum. At vice ejus (Excrementi) emittunt Semina & Fructus.

7. Sunt etiam quædam *Arbores Reſinoſæ* & Lacrymoſæ nuncupatæ, quæ Reſinoſa ſua *per Rimas Excrementa* continuo nonnunquam effluvio *exſudant*, quo in genere *Abies, Acacia, Cerasus, Juniperus, Larix, Lentiſcus, Picea, Populus Nigra, Terebinthus.*

8. Poteſt etiam fieri, ut *Inſenſili Exſpiratione* magna Humorum portio abſumatur, veluti in Animalibus.

9. *Signum* autem eſt, ab Arboribus etiam per Fructus & Semina „Excrementa emitti, quia *Arbores*, cum admodum copioſe tulerint, *exareſcunt Fructificatione*, quod Ariſtoteles animadvertit de Generat. Animal. l 3. c. 1. circa med. Traxerunt enim plurimum Inutilis, pauciſſimum Utilis.

10. Hinc etiam, quod dicit paulo ante: *Minores Plantas eſſe Fertiliores.*

„11. Prio-

„11. Prioris rationem addit Ariſtoteles hanc:

„τὴν γὰρ τροφὴν ἀναλίσκουσιν εἰς „τὸ Σπέρμα.	*quippe Nutrimentum conſumunt in Semen.*

12. Alterius:

„ἡ γὰρ ἐπὶ τὸ Σῶμα Αὔξησις, γί- „νεται Περίττωμα Σπερματικόν.	*id enim quo Corpus Augeretur, ſit Excrementum Seminale.*

13. Et l. 1. Generat. Animal. c. 8.

„ἡ γὰρ τοῦ μεγέθους Αὔξησις τρέ- „πεται ἐπὶ τὸ Σπέρμα τούτοις.	*nam magnitudinis Incrementum vertitur in Semen hiſce.*

14. Porro autem cum conſtet ex Columellæ de Arborib. libri (qui alias erat 3. de Re Ruſtica, ſed a Jucundo primum a libris ad Silvinum „diſtinctus) c. 27. *poſſe omne Genus Surculi omni Generi Arboris inſeri* (quod & Baptiſta Porta docet Mag. Natur. l. 3. procœm.) Arbores autem ſecundum Materiam varie diſtent; neceſſe eſt Truncum trahere quædam, quæ non conveniant ſuæ naturæ ſed Surculi inſiti;

15. Ideoque *quamvis Arborem omnis Generis Materiam trahere* indiſcriminatim, aut ſaltem eam Materiam quæ Arbori alicui in Nutritionem convenit, ita ut ne opus ſit Intellectu aliquo Diſcretivo, imo ne variis quidem, ſed unica Radicum omnium Organiſatione.

Scholion.

1. Quæ *Ariſtoteles* de Excrementis Plantarum jam aſſeruit, videtur negare alibi, part. Animal. ſcil. l. 4. c. 5. procul a fine:

„οὐδὲ γὰρ τῶν Φυτῶν οὐδὲν ἔχει „Περίττωμα.	*neque enim Planta ulla habet Excrementum.*

2. Etiam part. Animal. l. 2. c. 3. Excrementa Plantis plane videtur denegare:

„Τὰ μὲν γὰρ Φυτὰ λαμβάνει τὴν „Τροφὴν κατειργασμένην ἐκ τῆς Γῆς „ταῖς Ῥίζαις. Διὸ καὶ Περίττωμα „οὐ γίνεται τοῖς Φυτοῖς. Τῇ γὰρ Γῇ „καὶ τῇ ἐν αὐτῇ Θερμότητι χρῆται „ὥσπερ Κοιλίᾳ.	*Etenim Plantæ attrahunt Nutrimentum concoctum ex Terra Radicibus. Ideoque Excrementum non ſit in Plantis. Nam Terra & ejus Calore utuntur ut Ventre.*

3. Sed paulo ante probat Plantas habere

„ἀρχὴν Θερμοῦ φυσικήν	*principium Caloris naturale*

„ex eo *quod concoquunt Alimentum.*

4. Ita-

4. Itaque Plantis *denegat primam Concoctionem*, quæ respondet ei, quæ in Animalium Ventriculo fit, non denegat eam quæ respondet ei quæ in Hepate fit. Atqui etiam hæc Excrementa relinquit.

III.

1. LONGÆ VITÆ Plantarum *Causam male reddit Aristoteles* l. de Longitud. & Brevit. Vitæ fin.

„ 2. Primo enim Causa ejus esse non potest *Aggeneratio*, cum ea potius *Breviorem* reddere debeat *Vitam*. Brevior enim Vita redditur Frequenti Seminis profusione & Frequenti Partu.

„ 3. Secundo *neque quod Divisæ vivunt & propagantur.*

„ 4. Tertio *principium potentia ubique esse* dicit. Quæro quid est ἡ ἀρχὴ quid *δυνάμει ἐνῦσα*? Sunt *Fumi.*

SCHOLION.

1. *Plantæ quare divulsæ* dissectæve *vivant*, *Aristoteles* conatur explicare l. de Anim. 2. t. 20. *verbis* ad *ambiguis.*

„ 2. Videtur autem hoc velle *Animam actu esse in ea parte* Plan„tæ, quæ *Cordi analoga* est & ΠΥΘΜΗΝ dicitur, *in reliquis* autem „partibus ita esse *potestate*, *sicut in Semine* potestate esse dicitur;

3. Scilicet quia ut ex Semine, ita ex Stolone, Surculo, Ramo potest fieri Planta, scilicet ubi satus fuerit &c. Et ita videtur Simplicius explicare hunc textum.

4. Ita *nil dicit* more suo, cum dicere aliquid insigne videatur, confugiens semper ad *actum* & *potentiam*, quasi latibulum ignorantiæ.

5. Hoc vero ipsum erat, quod mirabamur, qui fiat, quod ex partibus Plantæ avulsis possit fieri Planta.

6. Neque vero videtur inter Radicem & Stipitem peculiaris quædam pars esse sive Organica sive Similaris, quæ πυθμὴν dici & Cordi analogum quid haberi queat, sed ipsum *Confinium Stipitis & Radicis* dicitur πυθμήν.

7. Aristoteles l. de Generat. Animal. 1. c. 20. paulo ante finem:

„ ἐξ ἑνὸς Σπέρματος ἓν Σῶμα, οἷον „ ἑνὸς Πυροῦ εἷς Πυθμὴν ὥσπερ ἐξ ἑνὸς „ Ὠοῦ ἓν Ζῶον.	*ex uno Semine unum Corpus ut ex uno Tritici Grano unus Fundus, ut ex uno Ovo unum Animal.*

Sed plures Caules ex uno Fundo.

8. Et alibi:

„ ἑπτὰ Στάχυες ἐν Πυθμένι ἑνί.	*septem Culmi ex uno Fundo.*

9. Theo-

„11. Prioris rationem addit Ariſtoteles hanc:

„τὴν γὰρ τροφὴν ἀναλίσκουσιν εἰς „τὸ Σπέρμα.	*quippe Nutrimentum conſumunt in Semen.*

12. Alterius:

„ἡ γὰρ ἐπὶ τὸ Σῶμα Αὔξησις, γί-„νεται Περίττωμα Σπερματικόν.	*id enim quo Corpus Augeretur, fit Excrementum Seminale.*

13. Et l. 1. Generat. Animal. c. 8.

„ἡ γὰρ τοῦ μεγέθους Αὔξησις τρέ-„πεται ἐπὶ τὸ Σπέρμα τούτοις.	*nam magnitudinis Incrementum vertitur in Semen hiſce.*

14. Porro autem cum conſtet ex Columellæ de Arborib. libri (qui alias erat 3. de Re Ruſtica, ſed a Jucundo primum a libris ad Silvinum „diſtinctus) c. 27. *poſſe omne Genus Surculi omni Generi Arboris inſeri* (quod & Baptiſta Porta docet Mag. Natur. l. 3. proœm.) Arbores autem ſecundum Materiam varie diſtent; neceſſe eſt Truncum trahere quædam, quæ non conveniant ſuæ naturæ ſed Surculi inſiti;

15. Ideoque *quamvis Arborem omnis Generis Materiam trahere* indiſcriminatim, aut ſaltem eam Materiam quæ Arbori alicui in Nutritionem convenit, ita ut ne opus ſit Intellectu aliquo Diſcretivo, imo ne variis quidem, ſed unica Radicum omnium Organiſatione.

Scholion.

1. Quæ *Ariſtoteles* de Excrementis Plantarum jam aſſeruit, videtur negare alibi, part. Animal. ſcil. l. 4. c. 5. procul a fine:

„οὐδὲ γὰρ τῶν Φυτῶν οὐδὲν ἔχει „Περίττωμα.	*neque enim Planta ulla habet Excrementum.*

2. Etiam part. Animal. l. 2. c. 3. Excrementa Plantis plane videtur denegare:

„Τὰ μὲν γὰρ Φυτὰ λαμβάνει τὴν „Τροφὴν κατειργασμένην ἐκ τῆς Γῆς „ταῖς Ῥίζαις. Διὸ καὶ Περίττωμα „οὐ γίνεται τοῖς Φυτοῖς. Τῇ γὰρ Γῇ „καὶ τῇ ἐν αὐτῇ Θερμότητι χρῆται „ὥσπερ Κοιλίᾳ.	*Etenim Plantæ attrahunt Nutrimentum concoctum ex Terra Radicibus. Ideoque Excrementum non fit in Plantis. Nam Terra & ejus Calore utuntur ut Ventre.*

3. Sed paulo ante probat Plantas habere

„ἀρχὴν Θερμοῦ Φυσικήν	*principium Caloris naturale*

„ex eo *quod concoquunt Alimentum.*

4. Ita-

4. Itaque Plantis *denegat primam Concoctionem*, quæ respondet ei, quæ in Animalium Ventriculo fit, non denegat eam quæ respondet ei quæ in Hepate fit. Atqui etiam hæc Excrementa relinquit.

III.

1. LONGÆ VITÆ Plantarum *Causam male reddit Aristoteles* l. de Longitud. & Brevit. Vitæ fin.

„ 2. Primo enim Causa ejus esse non potest *Aggeneratio*, cum ea potius *Breviorem* reddere debeat *Vitam*. Brevior enim Vita redditur Frequenti Seminis profusione & Frequenti Partu.

„ 3. Secundo *neque quod Divisæ vivunt & propagantur*.

„ 4. Tertio *principium potentia ubique esse* dicit. Quæro quid est ἡ ἀρχὴ quid *δυνάμει ἐνοῦσα*? Sunt *Fumi*.

SCHOLION.

1. *Plantæ quare divulsæ dissectæve vivant*, *Aristoteles* conatur explicare l. de Anim. 2. t. 20. *verbis* ad *ambiguis*.

„ 2. Videtur autem hoc velle *Animam actu esse in* ea *parte* Plan-„tæ, quæ *Cordi analoga* est & ΠΥΘΜΗΝ dicitur, *in reliquis* autem „partibus ita esse *potestate*, *sicut in Semine* potestate esse dicitur;

3. Scilicet quia ut ex Semine, ita ex Stolone, Surculo, Ramo potest fieri Planta, scilicet ubi satus fuerit &c. Et ita videtur Simplicius explicare hunc textum.

4. Ita *nil dicit* more suo, cum dicere aliquid insigne videatur, confugiens semper ad *actum* & *potentiam*, quasi latibulum ignorantiæ.

5. Hoc vero ipsum erat, quod mirabamur, qui fiat, quod ex partibus Plantæ avulsis possit fieri Planta.

6. Neque vero videtur inter Radicem & Stipitem peculiaris quædam pars esse sive Organica sive Similaris, quæ πυθμὴν dici & Cordi analogum quid haberi queat, sed ipsum *Confinium Stipitis & Radicis* dicitur πυθμήν.

7. Aristoteles l. de Generat. Animal. 1. c. 20. paulo ante finem:

„ἐξ ἑνὸς Σπέρματος ἓν Σῶμα, οἷον „ἑνὸς Πυροῦ εἰς Πυθμὴν ὥσπερ ἐξ ἑνὸς „Ὠοῦ ἓν Ζῶον.	*ex uno Semine unum Corpus ut ex uno Tritici Grano unus Fundus, ut ex uno Ovo unum Animal.*

Sed plures Caules ex uno Fundo.

8. Et alibi:

„ἑπτὰ Στάχυες ἐν Πυθμένι ἑνί.	*septem Culmi ex uno Fundo.*

 9. Theo-

9. Theophrastus l. de Causis Plantar. 3. c. 18. ante finem:

„τὴν δ' Ἄμπελον ἄγειν δεῖ κύκλῳ περὶ „τὸν Πυθμένα.	*sed Vitem formare oportet circulo circa fundum.*

10. Dioscorides l. 1. c. 133. fin. de Spina Lonchitide:

„Ῥάβδους ἔχουσα Ὀρθὰς Τριπήχεις, ἢ „καὶ μείζους πολλὰς ἀπὸ τοῦ Πυθ- „μένος.	*Virgas habens Rectas Tricubitales, aut & majores multas a Fundo.*

„11. Homerus Odyss. ν vers. 362. & Odyss. ψ vers. 204. & Nonnus in Joan. c. 1. com. 51. Πυθμένα pro *Radice* dicunt. Vide Eustathium „ad Homeri loca dicta; item ad Iliad. λ vers. 634. ubi ἀπὸ τοῦ πύ- „θεσθαι id est *putrefieri* deducit.

12. In *Fructibus* est *Vestigium* illud, *ubi affixi fuerunt Petiolo.* „Dioscorides Mespilo πυθμένα tribuit l. 1. c. 171. Et Pollux Onomastic. l. 2. c. 4. section. 34. fin.

„τὸν τῶν Συκῶν Πυθμένα	*Ficuum Pythmenem*

„ab Atticis ὀμφαλὸν (*Vmbilicum*) nominari scribit.

13. Ceterum apud Theophrastum Histor. Plantar. l. 1. c. 4. med. „quidam Medullam vocant Καρδίαν (*Cor.*)

ADDENDA

PARTIS II. SECTION. III. FRAGM. I.

CAPITI I.

Post Argumentum Assertionis 4. adde:

5 *Ligustrum an Frutex* dicendum sit, inquirit. Sectiunc. 2.

Corrige deinde numeros assertionum sequentium.

In Argumento Assertionis 7. (quæ nunc fit 8.) augeatur numerus Sectiuncularum binario.

Assertioni 4. subjiciantur hæc:

V.

„1. *Fruticibus* adnumerat *Ligustrum* Dodonæus Pempt. 1. l. 1. c. 1. „& Pemptad. 6. l. 2. c. 13. *Radices per obliquum spargi* scribit.

2. Ego observavi raro aut *nunquam Fruticare*. Potest dari aliquid inter Arborem & Fruticem *intermedium*, scilicet *Serpens Arbor.*

Corrigantur deinde numeri Assertionum sequentium.

Assertionis 7. Sectiunculæ 1. post mutatum punctum in comma, hæc subjunge:

Cum

Cum *tantum* in illis, *quæ Caulem sero* producunt, hujusmodi Folia appareant, ut *Taraxacum*, *Cynoglossum*, *Verbascum*.

3. Deinde *non* existimo *Bina* provenire in iis *quæ Sigillatim* proferunt *Folia*, quod amplius observabitur.

Corrigatur deinde numerus Sectiunculæ 2. & post eam Sectiunc. subjice:

4. Tertio forsan *prima Bina Folia* non Radicis semper, sed sæpe *Caulis Folia* sunt, quæ cum Caule explicato adscendunt & a fundo separantur.

Corrigantur iterum numerus Sectiunc. 3. & pro Deinde scribatur Denique.

ADDENDA EJUSD. FRAGM. CAPITI II.

Argumento Assertionis 1. subjiciatur:

Scholion. *Cæsalpini* Ordinandi Plantas *rationi quid obstet*, amplius illustrat. Sectiunc. 8.

In Argumento Assertionis 3. augeatur Sectiuncularum numerus denario.

Assertioni 1. subjunge hæc:

SCHOLION.

1. Ubi *Semina in Pulpa* vel *Tomento* (Lanugine) hærent, non videtur discerni posse, utrum *Corculum Seminis* sit *in inferiore* sive interiore sive propiore, *an superiore* sive exteriore sive remotiore *extremo* Seminis.

2. In *Pulpa* latent Semina *Ficus*. Quomodo igitur Cæsalpinus Ficum in Ordinem suorum Generum potest redigere, cum Semen ejus quomodo situm sit, ignoret. Quomodo enim in Granis tantillis invenire potest Corculum?

3. Ego non dubito inesse Corculum. Forsan in *exsiccatis* etiam Ficis si Grana macerentur Aqua, ita ut intumescant, apparebit *Corculum* adhibito *Perspicillo*.

4. In l. 3. c. 3. de Moro agens aliquid habet ad Ficum pertinens.

5 Utrum etiam Corculum Granorum *Sambuci* (quorum Terna in uno Acino) semper deorsum vergat, quæri potest.

6. Cete-

6. Ceterum in Pulpa quoque latent Semina *Berberis*, *Ribis*, *Oxyacanthæ* (Hagdorn, *Spin aube.*) In *Oxyacanthæ* Baccis facile discernitur Vmbilicus.

7. In *Tomento Populi Nigræ* Semina adeo parva, ut visum fere fugiant. Hic ergo Seminis situs respectu Floris & Corculi Seminis respectu Petioli certus esse nequit.

8. Quemadmodum & in *Syringa Cærulea* ob exilitatem ægre discernitur Situs Floris respectu Fructus, ubi *Perianthium* Curtum & imam *partem* angustæ *Fistulæ* Floris & *Rudimentum Fructus complectitur.*

In Assertionis 3. Sectiuncula 1. inter voces GERMINATIONIS & NVMERO interjice: STERILITATE,

Ejusdem Assert. Sectiunculæ 18. subjunge:

„19. CYCLAMINI *Species tres* Dodonæi Pemptad. 3. l. 1. c. 13. Spe-„cie remota conveniunt, differunt tamen Odore. Prima *exiguo*, secun-„da *majore*, tertia *suavissimo Odore Flores* profert.

20. LVPINI *Cæruleus Flos nullo: Luteus Grato* Odore.

Corrigantur numeri Sectiuncularum sequentium; & Sectiunculæ quæ ibi est 28. subjice:

31. ARMENIACA MALA *Nucleo* sunt *Amaro* & *Dulci* pro Solo & Cultura.

32. CYPERVS alius *Dulcem* & Edulem habet *Radicem;* alius *Amaricantem.*

Corrigantur rursus numeri Sectiuncularum sequentium & Sectiunculæque ibi est 50. adjice:

55. STERILITAS *non facit Differentiam Speciei.* Nam ex *ejusdem* Plantæ *Semine* sæpe *diversæ* Plantæ enascuntur, non quidem Specie & Forma, sed *Sexu;*

„56. Vt scilicet *una Florem Majusculum proferat & Sterilis* sit, *altera Semen*, sed *Minorem Florem*, ut de SESAMOIDE SALMANTICENSI MAGNO Clusius Rarior. Plantar. Histor. l. 3 c. 4.

„57. *Eodem* quoque *Semine Steriles & Fertiles* ALNI *oriuntur* Cæ-„salpin. de Plant. l. 2. c. 8. item TILIÆ l. 2. c. 10.

„58. Similia de CANNABE Jul. Cæs. Scaliger commentar. in l. 1. de Plantis p. 43. (2. D.) & p 41. (2. A.) Et Bauhinus partim in Pinac. l. 8. „sect. 5. partim in Tabernæmont. Kräuterb. part. 2. sect. 5. c. 11. *Canna-*

„*bis*

„bis [illegible] *fert*, [illegible] *Femina nascitur e Semine* „[illegible].

[illegible] mihi [illegible], sed *Cultu*. [illegible] quæ summi[illegible], [illegible] loquar, in Ramos, [illegible] fere; quæ ita [illegible], ut absque [illegible] assurgat, [illegible] fert absque Semine & hæc ad Foli[illegible].

[illegible] numeri [illegible] sequentem [illegible] ma [illegible].

[illegible] VIRGA AVREA *Serraturam Foliorum* deponit aut [illegible] „[illegible] Caspar. Bauhin. Pinac. l. 7. sect. 3. fin. in l. & 4.

ADDENDA
FRAGMENTO II.

Argumento Allegationis 1, adde:

[illegible] PINI *declarat*. Sectiunc. 38

In Argumento [illegible] muta, 10. scilicet in 14.

In Argumento [illegible] muta numerum 3. in 7.

[illegible] I. adjunge quæ sequuntur:

[illegible]

1. [illegible] *nusquam* tradit. [illegible] Pintar. l. 1 c. 21; & [illegible]

2. [illegible] PEVCES, [illegible] *Picofroven* [illegible] quidem posuerint:

[illegible] Opere [illegible] - - - - -	[illegible] Opecis (Locis) [illegible] A-precis. - - - - - - - -
[illegible]	[illegible] *Græca; verum Peuce Ha*[illegible]

[illegible] *Pityn Arcadum* [illegible] Plin. [illegible] c. 10.

[illegible]

[illegible] & hanc [illegible]

[illegible]

„8. *Macedones* item Peucen *Sativam* & *Silvestrem* agnoscunt, „sed hanc *Maris* & *Feminæ* appellationibus distinguunt, ex quibus „*Mas* habet Συκῆν. *Femina* Αἰγίδα; adjiciuntque Ἄκαρπον (*Sterilem*.)

9. *Vtrum* autem Peuce *Idæa* & *Maritima cum Macedonum Mare* & *Femina conveniant*, ex Theophrasto colligi nequit, neque ipse Theophrastus scivisse videtur.

„10. *Arcades Pityn* appellant tum *Peucen Sativam*, tum Ἄκαρπον.

„11. Quamque ante Theophrastus vocat ex Arcadum sententia „πίτυν ἥμερον, *post* vocat πίτυν Κωνοφόρον; at quam primo ex senten„tia Arcadum vocat πίτυν Ἄκαρπον, eam *dein* simpliciter πίτυν vocat.

„12. In *Silvestri* Peuce *conveniunt* Arcades cum *Macedonibus* & „forte *Idæis*. Hæc *Picem præbet*, & *in Tedam vertitur*.

13. Atqui *nullam novimus Pityn* Ἄκαρπον.

14. *Dioscorides* ita de *Peuce* & *Pity* loquitur, ut inde disci ne„queat, *utra* earum Arborum sit PINVS vel PICEA.

„15. *Vtrique* tribuit Πιτυΐδας, & Κώνους l. 1. c. 88; Στρόβιλους & Δᾳδίον „(*Tedam*) c. 87.

„16. E *Siccis Resinis* πιτυΐνην καὶ Ἐλατίνην *præfert*, *quod Odoratæ* „*sint* & *ad Tus Odore accedant* c. 93.

„17. Sub init. huj. c. *Liquidas tres* recenset Πιτυΐνην, Πευκίνην, „& Λάρικα.

„18. *Galenus* Pityn & Peucen sumit *more Dioscoridis*: Πιτυΐδες, „ait ille Simplic. Medic. Facult. l. 8. in Πιτυΐδ., *sunt Fructus Pityos*. „*Per abusum ita dicitur etiam Fructus Peuces*.

„19. Mox in Pity: *Pityos Cortex valde adstringit*; *Peuces mode*„*ratius*. *At Coni* (Κώνου) *tum Cortex tum Folia validius adstringunt*, „*idque cum mordacitate molesta*. Libr. 7. in Con.

„20. *Fructum* ejus *Amarum & Acrem esse* scribit, *ut* prius *Aqua* „*macerandus atque ita edulcandus sit*. *Hunc* dicit *aliis vocari* Κό„καλον, *item* Στρόβιλον.

21. Videtur *ignorasse* omnes hasce *Arbores ferre Conos* vel Strobilos, in quibus sunt Nucelæ istæ. Vtinam harum Arborum Differentiam nobis monstrasset!

„22. *Athenæus* Πιτύινα Κάρυα *Fructus esse Arboris*, *quæ a Theophrasto* „*Peuce appelletur* scribit Deipnosophist. l. 2. (p. 57. B. edit. Commelin.)

„23. *Plinius* l. 15. c. 10: *Grandissimus* (scil. Fructus) *Pineis Nuci*„*bus* (id est Pinis) *Altissimeque suspensus*, *intus Exiles Nucleos* (id est „Pineas Nuces) *includens*.

„24. Et l. 16. c. 10. med.: *Abies expetit a Navigiis*. *Situs in ex*„*celso Montium ceu Maria fugerit*. *Materies præcipua Trabibus &* „*plurimis vitæ operibus*.

„25. *Resina ei vitium*, *unde Fructus unus Piceæ* &c. *E diverso* „*Materies quæ Abieti pulcerrima*, *Piceæ ad Fissiles Scandulas*, *Cu*„*pasque & pauca alia Secamenta*.

„26. *Apud*

26. *Apud Poetas* est *Pinea Teda.* Teda vero fit & *ex Pino* sive Pinastro, & ex *Picea.*

„ 27. *Pityn Theophrasti* ex eo probat *esse Pinum* Matthiolus in „ Dioscorid. l. 1. c. 74. & Bauhinus ibi ad Matthiol. *quod Pitys dicitur* „ *alia Sativa, alia Silvestris.*

„ 28. At Plinius l. 15. c. 10. etiam *Piceam Sativam* ponit, cujus „ *Nuces* dicantur *Sapinea.*

„ 29. Clusius Rarior. Plantar. Hist. l. 1. c. 23. dubitat, *Picea*, (Roth „ Tannen) *utrum sit Pitys Theophrasti, an ejusdem* ἐλάτη ἄῤῥην: & „ accusat *Codices Theophrasti corruptos.*

„ 30. Dodonæus Pemptad. ult. l. ult. c. 13. *Pityn esse Piceam* pro- „ bat *ex Scribonii Largi Composition.* 201; item ex *Pityocampis, quæ* „ *teste Bellonio in Picea tantum inveniantur*, non Pino: Vix credo.

„ 31. Solent enim *Erucæ Sativas* Arbores potius *appetere.*

32. Quod si *Peucen* & *Pityn* dicamus esse *Vtramque Pinum*, vel *alteram Pinum, alteram Pinastrum*; & ἐλάτην esse æquipollentem „ Germanorum Tannen? Nam & Theophrastus *Abietem Marem* & „ *Feminam* facit Histor. Plant. l. 3. c. 10. quod modo Sectiunc. 29. significatum est.

33. *Discrepant* adhuc Auctores.

„ 34. Bauhinus vel *Matthiolus* in Dioscorid. l. 1. c. 74. una cum „ *Tabernæmontano* Kräuterb. l. 3. sect. 3. c. 2. (p. 662. & 663.) *Strobilos* „ *Piceæ* pingit in *in Extremis Ramis, Abietis in Geniculis.*

„ 35. At *Clusius* Rarior. Plantar. Histor. l. 1. c. 23: *Coni Abieti in* „ *Extremis Ramis non Propendentes ut Picea, sed Erecti, Crassiores* „ & *Latioribus Squamis* & *Obtusiore Cuspide quam in Picea.* Hic etiam „ *Folia Abietis Superne Viridia, Aversa parte Cineracea* cum *Taber-* „ *næmontano* describit.

36. *Cæsalpinus* de Plantis l. 3. c. 53. quasi ex sua observatione „ *Abietem* describens (Theophrasti enim & Plinii verba deinde separatim subjungit) *eandem* videtur Abietem agnoscere cum Clusio.

„ 37. At *Lobelius* Stirp. Observ. p. 633. *Abieti* appingit *Conos e* „ *Medio Ramorum etiam Inferiorum Propendentes*; in Adversariis „ vero cum Pena p. 450. *Piceæ* quidem *Conos Grandiores, Ventrosio-* „ *res in Ramis Flexibus*; *Abieti* autem *in Summis Ramis Conos in cæ-* „ *lum obversis Mucronibus* adscribit.

„ 38. Apud *Dodonæum* Pempt. ult. l. ult. c. 13. & 16. *eadem Figura* quæ apud Lobelium Piceæ & Abietis sed *titulis permutatis.*

Assertionis 2. Sectiunculæ 1. hæc subjungantur:

2. *Lacryma Jobi*, Gallis *Mariæ*, Hispanis *Moysis*, aliis *Christi.* Vide Clus. Rarior. Plantar. Histor. l. 6. c. 37. & Pen. & Lobel. Stirp. Adversar. p. 16. Cur itaque non potius *Lacrymaria?*

3. Roßhuf est melius quam Huflattich vel Brandlattich. Nam hæc Appellatio parit Specierum Confusionem.

Corrigantur numeri Sectiuncularum sequentium, & eam quæ ibi 9. est excipiat hæc:

„12. POPVLVS LIBYCA Plinii l. 16. c. 23. *in Gallia, Italia* & *Germania* sponte crescit.

14. Inepta etiam est appellatio Indianischer Pfeffer, id est Capsicum, quasi Piper verum classe non indigeat.

Assertionis 3. Sectiunculæ ultimæ hæc subjice:

4. FRVMENTVM *Typhinum*, quod cum Semine Phalaridis (Canariengras) ex Canariis advehitur, TVRCICVM vulgo appellatur, & „Cordo Histor. Stirp. *Triticum Bactrianum* dicitur. *Maizium* potius appellandum, uti vocant Americani.

5. Nam *ex America* primum translatum est *in Europam*, non ex Asia vel Turcia.

„6. *Neque* est Frumentum illud *Bactrianum*, *quod Grana Olivæ* „*magnitudine fert*, cujus Theophrastus Histor. Plantar. l. 8. c. 4. fin. & Plinius l. 18. c. 7. procul a fin. (in quo pro *Spicas* legendum *Olivas*) „mentionem faciunt.

„7. *Nec* est Βόσμορος, *Frumentum Tritico minus*, *quod ne extra* „*Bactrianum & Babylonium agrum, antequam coctum sit exportent, messores jurejurando adiguntur*, uti Strabo l. 15. (p. 476. edit. Vignon. vers. 41.) testatur.

ADDENDA FRAGMENTI III. PORTIONIS I. CAPITI I.

In Argumento post Assertionis 6. Argumentum adde:

7 *quæ* ARISTOLOCHIÆ (quod ad Radices.)

Sequens numerus 7. mutetur in 8.

Assertionem 6. excipiat hæc:

VII. sive AR.

ARISTOLOCHIA LONGA, ROTVNDA, & CLEMATITIS differunt Specie quod ad *Radices*. PISTOLOCHIA etiam quod ad reliqua convenit, Radices *Fibrosas* habet.

Corrigatur numerus Assertionis sequentis.

ANNO-

ANNOTATIONES GENERALES,

quæ PRÆFATIONIS loco sunt,

ad

JOACHIMI JUNGII DOXOSCOPIAS PHYSICAS MINORES,

Auctore

MARTINO FOGELIO Hamb.

I.

DE EDENDI HUIUS OPERIS CAUSIS.

1.

Quanquam *Physici Operis aliquod edendi* AUCTORI bis, terve ANIMUS fuit, & de proferenda inprimis *Isagoge* quadam Physica, una cum Disputationum duarum *de Principiis Corporum Naturalium Thesibus*, jam olim quidem, cum Examini publico in Gymnasio subjicerentur, *impressis*, sed recensitis post, & non parum *auctis*, contentius ex eo tempore, cum ex lapsu æger factus esset, cogitavit; factum tamen est, nescio, quo Fato, ut modo *nova Curæ* ipsum in diversissimas Cogitationes *averterint*, modo oblatas Conditiones *Bibliopolæ* repudiaverit, modo *Typorum*, præsertim Græcorum, *Forma* displicuerit, sæpe *accuratius* quædam *proponendi Consilium* ista, ut reliqua Opera, distulerit, denique MORTE INTERCEPTUS Spem omnem ab ipsius manu aliquid perfecte ordinati exspectandi præciderit.

2. NE igitur tanti Viri Meditata vel BLATTIS & Tineis erodenda *relinquerentur*, vel *in manus* cujusdam Jungianarum rerum IMPERITI aliquando inciderent, EGO quoque FIDEM meam, quam edita Historia Vitæ & Mortis Auctoris obstrinxeram, quodam modo *liberarem*, statim post mortem Auctoris Testamenti ipsius Curatoribus Consilium meum exposui de edendo in lucem Physico aliquo Opere, meumque studium, quantum adhibere valerem, in eo curando lubens promisi.

3. Scilicet, *cum Logicorum Gymnasmatum* de Demonstratione, Zarabellæ oppositorum, *Recensionem meæ curæ commendasset* Auctor, ego vero *Logicam in Physica*, meis studiis convenientius, *exercere mallem*, *Physici Operis Recensionem* Logici Recensioni *præmittere* volui.

4. Accessit, quod *in Logicis* ex parte suam *Sententiam* jam *expresserit*, quam quilibet, qui cupit, in Hamburgensi Logica legere poterit; in Physicis vero præter Exercitationes Protophysicas nihil de ipsius Scriptis impressum exstet.

5. Vt nunc nihil dicam DE ARISTOTELE REFORMANDO præcipue EX PHYSICA. Quod ipse in Epistola ad Andream Svarzium 1641. 11. Sept. perscripta, *monuit*, & in alia ad Seldenerum eodem anno 22. Sept. explicatius his verbis repetiit:

a *Physica ordiendam* esse *Philosophiæ Emendationem* semper existimavi, & adhuc in ea sum Sententia. *Logicæ controversiæ* nisi caute tractentur, *in Psychologiam*, & *Metaphysicam* elabuntur.

6. Cum igitur Consilium meum Curatoribus Testamenti probassem, constitueram Disputationum Physicarum, in Gymnasio olim habitarum, Theses, Exercitationibus Physicis hactenus non editis junctas, prælo committere, PRÆLECTIONES item PHYSICAS, quæ præsentis Operis maxima Pars sunt, Appendicis loco subjungere.

7. Hæc enim ex Physicis Scriptis sunt ab Auctore, ut edi possent, Continuo Stylo connexa.

8. Sed PROPTER DEFINITIONES Prælectionibus adhærentes, quas ab Assertionibus earundem Prælectionum divellere nolebam, videbantur Prælectiones Appendicis Titulum non commode mereri.

9. Quare, mutata ista Sententia, Prælectiones *præmittere Exercitationibus* e Lectoris commodo magis futurum putavi, quippe, in quibus Definitiones quædam continentur ad Exercitationes intelligendas necessariæ.

10. Præterea fore, ut BREVIVS primum legere, quæ prolixius in Exercitationibus tractata sunt, Intellectui etiam gratius multo accidat, non dubito.

11. *Nec contra Auctoris mentem* præmisero Doxoscopicas Systematicis ejus Scriptis, cum *ipse* hoc Ordine se usurum promittat in Scheda, quæ adhæsit Prælectionum Autographo:

Aristoteles nunquam proponit suam *Sententiam*, *ante*quam *refutarit* Contrarias. *Ego* utar eadem Methodo. Propositurus sum *meam* Sententiam, ubi *Averroem* & *Zabarellam destruxero*.

De Causis superadditæ Sectionis de Plantis suo loco dicam.

II.
DE AVCTORE HVIVS OPERIS.

1.

Cum non parum Vtilitatis ex Studiis, Vitaque Auctoris recte cognitis in Lectorem redundare possit, operæ pretium facturum arbitror Lectorem, si *de Incomparabili Auctoris* tum *Judicio*, tum *Ingenio*, tum *Eruditione* judicare ante didicerit *ex Historia Vitæ & Mortis* ipsius, quæ secundum prodiit *Argentorati*, auctior quidem, quam quæ *Hamburgi* impressa est, sed præcipitata tamen per errorem ejus Editione, interea dum plura submittenda colligebam.

2. Hanc

2. Hanc vel Integram, vel quod ad Particulas, auctam hic exhibere Temporis præsentis ratio non patitur.

3. Exhibebo eam alias, si Deus voluerit, *justæ Magnitudinis Volumine* comprehensam.

4. *Nunc* sufficiat ex Schedis meis JUDICIA duorum Clarissimorum Virorum huc inprimis pertinentia apposuisse.

5. Quorum alter est JO. PELLIUS, Anglus, Professor Matheseos in Amstelodamensi Gymnasio primum, deinde Bredano, quem Gerardus Joannes Vossius, (sive potius Fossius,) libro de Scientiis Mathematicis c. 10. §. 2. a Varia Eruditione, & Summo Ingenii Acumine non vulgariter commendat.

6. Alter est Joannes Amos COMENIUS, Conatibus Didacticis celeberrimus.

7. Ille (*Pellius*) in Epistola ad *Joannem Adolfum Tassium*, Mathematicum olim Hamburgensem, Virum Summum, 1645. Amstelodami pridie Cal. [illegible] scripta:

„*Cordatus Juvenis Bernhardus Varenius, quanti te,* (Tassi,) *atque* „OMNIUM MORTALIUM ΛΟΓΙΚΩΤΑΤΟΝ, *Collegam illum tuum,* „D. JUNGIUM, *facere videtur, aliquando fortasse in suis ad te describere conabitur. Quod si ullis verbis assequi poterit, Incomparabili illum* „*Eloquentia præditum arbitrabor.*

8. Et paulo post:

„*Ego rigidissimam Censuram etiam Accuratissimi vestri Apodictici expecto. Quam si impetravero, summo me beneficio affectum arbitrabor.*

9. In Epistola ad *Jungium* 1645. Amstelodami Id. Maj. scripta:

„*Etsi tuam, Vir Eximie, Sententiam de nostra Refutatiuncula* „*valde scire aveo, quippe qui te Incomparabilem demonstrative docendi,* „*& dedocendi Artificem esse probe sciam; tamen, quum piaculum putarem, Heroicos tuos labores vel tantillum interpellare, - - - - decrevi a scribendo abstinere.*

10. In alia Epistola ad *Jungium* 1645. Amstelodami 6. Calend. Septembr. scripta:

„*Postquam vero tam Incomparabilem Apodeixin viderem aliquantulum αὐταρκείας ibi* (in Demonstratione mea) *desiderare; egomet continuo mecum; Oportet aliquid subesse, quod meos oculos fugerit,* „*Non temere est, quod Jungius aliquid in Pellii Apodixi desiderat, quorum ille supra omnes mortales optime potest, hic ardentissime cupit omnia* „*plenissime & αὐταρκῶς demonstrare.*

11. Hic

11. Hic (*Comenius*) in Pansophiæ Prodromo, (Præludiorum titulo Oxon. 1637. edito) p. 45. & 46. edit. Londin. 1639; sive Didacticor. Oper. Part. 1. Pansophici libri delineation. section. 47. col. 426:

„12. *Deus, quia Æterna, & Immutabilis Veritatis Basis est, non pot-„est non eo rem dirigere, ut Veritati indies planius detegendæ, ac robo-„randæ ipsi Errores etiam servire tandem habeant necesse. Et* IVNGIVS *„Saxo Logicæ nunc Arti ad eam Perfectionem deducendæ insudans, ut „Propositionum Veritas adstrui, Sophismatum Deceptiones destrui que-„ant ea Certitudine, qua Euclideum quodvis Problema Apodeictice de-„ducitur.*

III.
DE INSCRIPTIONE HVJVS OPERIS.

1.

Quoniam *Opiniones* passim receptas hic *considerari*, Lector Benevole, reperies, DOXOSCOPIAS Opus volui *inscribere*.

2. Auctor ipse *Opinatorum* meminit Partis 2. section. 1. c. 12. aff. 12.

3. *Opinionum Portenta accumulari* notat ejusd. section. c. 12. assert. 13. sectiunc. 2. fin.

4. Et ad similis Schedæ, quæ ejusd. Capitis Assertionem 26. & partem Assertionis 27. complectitur, extremum hæc reperi:

5. *Opiniones Somniis similiores*, quam Scientiæ, ex Naturæ Observatione elicitas, ejusd. C. Assertio 12. affert, Thesis contra Burgersdicii Disputationem de Putredine.

6. Placuit hic *Titulus. Specialior, quam Prælectionum Physicarum*, quem Apographum Poltsianum, (de quo vide ad Part. 1. Annot. 1. sectiunc. 6.) præfixum habet.

7. Ceterum Doxoscopiarum Titulus *Auctori non* est INFREQVENS, qui Doxoscopica *opponit Systematicis* in Logicæ Physicæ Fasciculo, sub Titulo Hypotheseos.

8. Adsunt enim inter Manuscripta *Doxoscopia Zarabellæ Physica Generalis*, & Εἰδικὴ sive *Specialis*, item Doxoscopia Zarabellæ *ad l. 8. Physic. Mercenarii* Doxoscopia, *Fernelii*, & *Sennerti* Doxoscopia, *Galeni* Doxoscopia, Doxoscopia *Sporadica* &c. Sed vel maxime huc pertinet *Scheda* anni 1624. mox producenda.

9. *Brauno*, Anglo, (Auctor is esse dicitur Religionis Medici,) *Pseudodoxiæ Epidemicæ* Inscriptionem, libro suo Anglico, *non absimilis argumenti*, dare placuit.

10. Non tamen omnes hujus Operis *Propositiones Doxoscopicæ* sunt, sed *pleræ*que.

11. *Plurimæ* enim *in Isagoge Systematica* aptius legerentur. Verbi gratia *ex Definitionibus de Motu Locali* quædam, ex *Section. 2. Assertionibus* plurimæ.

12. Quæ-

12. Quædam vel integræ, vel ex parte & *hoc in Opere* legi, & in *Isagoge Systematica* repeti debent, Instituto Doxoscopico inservientes.

13. Vt ex fere integris *Definitiones Syndiocritica, Assertiones*, ex Sectione 1. Proœmii 3. 4. 5. 8. 9. 10. 11. cap. 12. ass. 17. 18. 19. 20. & cap. 13. ass. 2. & 5. & cap. 22. assert. 9. &c.

14. Item ex Sectione 2. plurimæ. Item ex Sectione 3. Fragm. 3. Port. 1. c. 5. ass. 4. & aliæ *ad Historiam Plantarum* referri debent.

15. *Ex parte* ad Isagogen Systematicam pertinet, verbi gratia, ex Assertionibus Sectionis 1. Proœmii 7. sectiunc. 5. 6. 7. 13. &c. & c. 9. ass. 11. sectiunc. 5. &c.

16. *Crediderim*, Auctorem interdum, amœnitate intertexta, *fastidium Doxoscopicum* Lectori *minuere voluisse*.

17. *Mihi* in Prælectionum Opere *talia mutanda non* fuerunt, quamvis ex *Schedis*, quas ego in hoc Opus transtuli; *Propositiones Systematicas parcius* adjecerim, & Plinii Moniti (quod habet Epist. l. 5. ep. 6. circa fin.) memor, *ad Titulum identidem respexerim*.

18. Interim, quæ *Confusa* adhuc videri possint, *distinguet* olim, si Fautores Opus hoc invenerit, *Index*, Doxoscopica a Systematicis accuratius separaturus, *cum reliqua* etiam Auctoris Opera *lucem adspexerint*.

19. Porro autem PHYSICÆ hæ Doxoscopiæ dicuntur, *ab Objecto suo*. Nam & *Metaphysica*, & *Logicæ adsunt* Doxoscopiæ, quæ has aliquando, si Deus voluerit, sequi poterunt.

20. Denique cum *Opiniones Physica in hoc Opere breviter*; in *Exercitationibus* vero, partim in Gymnasio ad disputandum propositis, & dudum impressis, partim non propositis, certe non-impressis, *prolixius* ab Auctore consideratæ fuerint; Doxoscopias MINORES vocavi *cum Scheda*, anni 1624. Septembris, Oct. & Nov. hæc exhibente sub Titulo, Doxoscopica:

Vide Fernelium de Forma Pæoniæ.

21. Quæ maxime spectant ad *Antidoxa Minora*, sive *Antidoxorum Theses Prodromas*, sive potius ad *Introductionem Præservativam*, sive *Doxoscopiam*.

MONITA
ASSERT.
DEFINIT.
EXPOSITIONES DOGMATVM.

22. *Adest* etiam *Titulus*:

ANTIDOXA PHYSICA, hoc est, DIEXODORVM PERIPATETICARVM IN APODIXES LIQVIDAS TRANSFORMATARVM EXAMEN.

23. In *Fasciculo Protenoetico* sub Titulo Isagoges Doxoscopicæ, in Scheda anni 1624. Octobr.:

Ideo hæc *Antidoxa Minora edo, ut* aliquem eliciam confidentem Peripateticum, qui mihi Zabarellæ Dogmata compleat, ut eo certius *Procheremata conficere queam.*

24. Scilicet, *cum* grande illud *Protonoetici*, five Ereunetici *Collegii Instituum* promovere agitaret, de quo in Historia Auctoris pluribus, Physicorum etiam Dogmatum receptorum, tum Falsitates, tum Absurditates breviter, & ni fallor, *Dialogi* modo proponere, in animo habuit.

25. Supersunt enim adhuc *Fragmenta* istius Dialogi, in quo *AS Auditorem*, & *P. Præceptorem*, colloquentes, significat.

26. Et præterea exstat *Titulus: Dialogus 3. de Qualitatibus Primis.*

27. Quamvis vero *quædam Assertiones* hic compareant, quæ *propter Prolixitatem* suam *ad Majores Doxoscopias referendæ* esse *videri possint*, quales sunt Section. 1. Procem. 7. & Section. 3. Fragm. 4. c. 3. aff. 2. &c.; & ejusd. Fragm. c. 4. 1.; tamen hæ *Exemplis* suis *tantum* ita *extenduntur*, non, ut in Majoribus Doxoscopiis sæpissime fit, Excursionibus, aut Diexodorum plurimarum Solutionibus se diffundunt.

28. Quod si quibusdam forte, *propter omissas* interdum *Causas*, & *Declarationes* Vberiores, *Minimæ* potius, quam Minores appellandæ videantur, hi *Theses* plurimas *accessisse meminerint.*

In Thesibus enim quædam *Obscura ponenda* sunt, *ut quærant* ii, *qui opponere non didicerunt*, ex Auctoris Scheda.

29. *Alterum* Titulum ISAGOGES PHYSICÆ DOXOSCOPICÆ, (Platonis enim more geminum præfixi, ut Lector eligat, quem cupit,) inveni in Scheda Auctoris, & in ea, quæ hic sectiunc. 21. adducta est, aliis verbis continetur.

30. In *Fasciculo Protonoetico*, modo dicto, sub *Titulo Parænefeos*, mentio est Operis Antisagogici:

Proximo Augusto, aut Septembri, habebit non Sciagraphiam modo, sed & *Specimen*, sive Partem totius *Operis Antisagogici in Protophys.*

31. Quod superest, *omnium Opinionum* Physicarum *Examen* hic *ne requisieris.* Recte enim Aristoteles Ethic. 1. c. 2. Zvingeri:

„ἀπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς Δόξας, „ματαιότερον ἴσως ἐςίν. Ἱκανὸν δὲ τὰς „μάλιστα ἐπιπολαζούσας, ἢ δοκούσας ἔχειν „τινα λόγον.	*omnes quidem exquirere Opiniones, vanius forte fuerit. Satius vero maxime insignes, aut quæ videntur niti aliqua ratione.*

Hæc ex Annotationibus generalibus ad scopum præsentem sufficiant.

ANNOT.

ANNOTATIONES SPECIALES AD JOACHIMI JUNGII DOXOSCOPIAS PHYSICAS MINORES DE PLANTIS.

Auctore

MARTINO FOGELIO Hamb.

I. *DE CAUSIS, OB QUAS PRIORIBUS SUPERADDITA FUERIT HÆC SECTIO.*

1.

Quamvis, impressa fere Partis secundæ Sectione secunda, mecum constituissem; paucas tantum Phytoscopicas ASSERTIONES jam IMPRESSAS, & *in Disputatione de Axiomatibus Physicis*, in Gymnasio nostro 1652. proposita, COROLLARIORUM *vicem* functas, Appendicis loco Parti secundæ annectere, quod, in Auctoris SCHEDIS de Plantis Doxoscopici argumenti parum aut nihil repertum iri sperabam;

2. Accidit tamen, *postquam* Experientissimo *Bunkio*, Amico optimo, in ipsis curis & conatibus proferendi in publicum, quicquid Auctor de Plantis conscripsit, *vita* præclare quidem, sed mature nimis, *ponenda* fuit, ut, capessita a me parte istarum curarum, cum excuterem hasce Schedas, *plurima* offenderim, quæ a Prælectionum Physicarum opere *haud aliena* futura videbantur, unde integra fere hæc Sectio nata est.

3. Cum enim proxime PRÆCEDENS SECTIO *de Speciebus Similarium* Opiniones examinaverit, Argumento Operis convenienter junguntur cum Sectione priore, quæ in hac *tertia* de Plantarum, *Dissimilarium* Corporum, Speciebus digesta reperiuntur.

4. Quibus *pauca* quædam de Plantis *alterius Argumenti* accesserunt.

5. Neque vero existimo, hanc Sectionem prioribus superadditam præter AUCTORIS CONSILIUM, quod celare haud possunt tum *Corollaria*, quæ modo dicebam, tum *Inscriptiones* hæ in diversis Schedis occurrentes: *Disputationes Botanicæ*, Disputationes *Phytoscopicæ*, *Theses Botanicæ*, 1648. Maji mensis, (vide ad Fragm. 3. Portion. 1. C. 18. Ass. 2. annotationem,) *Corollaria Phytoscopica*, (v. ad Fragm. 1. C. 1. Ass. 1. annotationem,) Disp. *de Speciebus Plantarum*, (v. ad Fragm. 3. Portion. 1. C. 9. Ass. 1. annotationem,) *Correctiones Specierum*, & similes.

II.

VNDE SIT DESCRIPTA HÆC SECTIO.

1.

Præter Auctoris SCHEDAS AVTOGRAPHAS *Inordinatas*, APOGRAPHÆ hic descriptæ sunt, quas item Inconditas majori ex parte reperi, Incertæ, Velandiæ, & Bunkianæ. Singulæ non magno arctantur numero.

2. INCERTÆ descriptæ sunt ex Schedis, ut conjicio, *Vetustissimis*, nec amplius comparentibus, ab eadem *indocta manu*, cujus Collecta quædam Apographa Physica ex Quercetano, aliisque servamus.

3. VELANDIÆ circa annum forte 1632. a Voldeko *Velando*, Ferdensi Vestfalo, descriptæ sunt, *inter* omnes Jungii *Discipulos præcipui nominis*, qui si superfuisset, (quod ipse Jungius fateri cogebatur,) in Mathematicis facile tanti Doctoris sui Doctor futurus fuisset. Sed lento ac pertinaci Phthiseos malo paulatim consumtus, cum ab anno 1633. in aliquot Academiis non sine summa laude vixisset, anno ætatis 28. nondum exacto, Hamburgi 1641. diem supremum obiit.

4. Expressæ autem sunt, (trinæ quandoque eodem exemplo,) vel *ex Schedis Patavii* ab Auctore collectis, (ut fidem faciunt *Autographæ superstites, de Nasturtio Indico non* recte *Nasturtio dicto; de Ricini Flore non Muscoso; de Jacea Flore non Aphyllo;* & de *Arboribus Semine carere creditis:*) vel ex *aliis non* multo *Junioribus*.

5. *Auctor unam* & *alteram* relegendam, & *emendandam duxit*.

6. BVNKIANARVM, quæ *plurimam* hujus *Sectionis partem* a Doctore *Bunkio* ruditer, &, mortuo jam Auctore, *digestam* continent, mentionem facere opus non haberem, si Scheda, *unde Fragmenti 1. C. 1 Assertio 9.* & *C. 2. Assertio 1. sectiunculæ 2. pars*, & *3. pars* transscriptæ sunt, in manus meas, quamvis sedulo quæsita, venire potuisset.

7. De cetero, si Autographas Schedas Papyro suæ affigere maluisset Bunkius quam describere, valde mihi levasset *laborem*, quem recensitæ & *cum Autographis collatæ* omnino *duplicarunt*.

8. Ex IMPRESSIS olim Disputationibus COROLLARIA adjeci PHYTOSCOPICA, quarum Annotationis 1. sectiuncula 1. & 5. jam meminit.

9. In sui TABERNÆMONTANI MARGINE quæ de hoc argumento *adscripserat*, huc quoque transtuli. *Paucissima* tamen sunt.

10. *Paucissima* item inserui ex MEIS ANNOTATIS in Collegio Phytoscopico 1651. privatim habito.

11. Denique cum Bunkius noster VELANDI AVTOGRAPHAS Schedas cum ipsius Apographis jam miscuisset, neque reperirem Apographarum omnium Autographas, ut de quibusdam dubitare necesse haberem, utrum Velandus earum Auctor esset, an Jungius; Velandi forte Autographas aliquas operi huic additas crediderim.

12. Quoniam enim Velandus Medicinæ operam dabat, *annotaverat* quædam,

dam, *cum in Academia Rostochiensi & Lugdunensi* viveret, de Plantis, quæ post mortem ejus ad Jungium transiere.

13. Veruntamen tum *Scriptura* in his apparens *Celerior*, & inde Inelegantior; tum non infrequentes Velandi *Quæstiones* sive Addubitata, tum *Propositum* Notandi, tum *Excerpti* Auctores, *discriminarunt* fere ipsas ab *Apographis*, ubi vel Rostochii vel Lugduni nulla erat facta mentio.

14. Quibus adde quæ *Auctori adversantia* in iisdem Autographis leguntur.

15. Verbi gratia illa, cui Titulus: *SPINÆ PLANTARUM*, Fragm. 3. Port. 3. C. 1. Assertioni 5. repugnat;

Ononis Spinosa cum Non spinosa videtur *ejusdem Speciei.*

16. Ejusd. Portionis C. 18. Assertioni 2. adversantur hæc:

„ *Tilias Marem* & *Feminam Speciei differre non* puto. Quod „ autem *Tilia* sit *Infrugifera*, *per Accidens* fieri, tumque *Marem* dici.

17. Sed corrigit deinde Sententiam:

„ Verum Tilias Marem & Feminam *omnimodo* inter se *differre* „ *Plinius ait* l. 16. c. 14.

18. Quæcunque autem ex Velandi Autographis Operi huic *accesserunt*, in *Exemplis* fere *Assertionum* quærenda sunt, cui usui, ni fallor, nec ab Auctore, si digessisset, fuissent subtracta.

19. Atque hæc sint dicta de iis, quæ Sectionem hanc efficiunt. *Singula* suo loco in *sequentibus* Annotationibus *expressius* erunt indicanda.

III.

DE DISTINCTIONE HUJUS SECTIONIS.

1.

Sectionem integram partitus sum in FRAGMENTA QUINQUE, quomodo appellare volui, partim, quia *Schedæ non* erant *Continuæ*, partim *ne Fragmenti tertii Subpartitiones Inconcinniores* esse viderentur, si Fragmenti *vocabulo* substituissem vocem *Portionis*, qua jam ante Partis 1. Sectionem 2. partitus fueram. Commodius enim Vocabulum, quam est Portionis, vix occurret.

2. *Involucrorum* autem *Inscriptiones* reperi septem:

3. 1) SPECIES PLANTARUM UT CONSTITUENDÆ.

4. 2) DIFFERENTIÆ A SPINIS, VILLIS. Item Indifferens ad { Spinas / Villos.

5. 3) FLORUM DIFFERENTIÆ CONFUSE COGNITÆ. Flos STAMINEUS LANUGINEUS, MUSCOSI.

6. 4) DE GENERATIONIBUS, UBI SEMEN NON ADFUISSE PUTATUR.

7. 5) GENERATIONES PLANTARUM EX HETEROGENEIS.

II.
VNDE SIT DESCRIPTA HÆC SECTIO.

1.

Præter Auctoris SCHEDAS AVTOGRAPHAS *Inordinatas*, APOGRAPHÆ hic descriptæ sunt, quas item Inconditas majori ex parte reperi, Incertæ, Velandiæ, & Bunkianæ. Singulæ non magno arctantur numero.

2. INCERTÆ descriptæ sunt ex Schedis, ut conjicio, *Vetustissimis*, nec amplius comparentibus, ab eadem *indocta manu*, cujus Collecta quædam Apographa Physica ex Quercetano, aliisque servamus.

3. VELANDIÆ circa annum forte 1632. a Voldeko *Velando*, Ferdensi Vestfalo, descriptæ sunt, *inter* omnes Jungii *Discipulos præcipui nominis*, qui si superfuisset, (quod ipse Jungius fateri cogebatur,) in Mathematicis facile tanti Doctoris sui Doctor futurus fuisset. Sed lento ac pertinaci Phthiseos malo paulatim consumtus, cum ab anno 1633. in aliquot Academiis non sine summa laude vixisset, anno ætatis 28. nondum exacto, Hamburgi 1641. diem supremum obiit.

4. Expressæ autem sunt, (trinæ quandoque eodem exemplo,) vel *ex Schedis Patavii* ab Auctore collectis, (ut fidem faciunt *Autographæ superstites, de Nasturtio Indico non recte Nasturtio dicto; de Ricini Flore non Muscoso; de Jaceæ Flore non Aphyllo;* & de *Arboribus Semine carere creditis:*) vel ex *aliis non* multo *Junioribus.*

5. *Auctor unam* & *alteram* relegendam, & *emendandam duxit.*

6. BVNKIANARVM, quæ *plurimam* hujus *Sectionis partem* a Doctore *Bunkio* ruditer, &, mortuo jam Auctore, *digestam* continent, mentionem facere opus non haberem, si Scheda, *unde Fragmenti 1. C. 1 Assertio 9.* & *C. 2. Assertio 1. sectiuncula 2. pars,* & *3. pars* transscriptæ sunt, in manus meas, quamvis sedulo quæsita, venire potuisset.

7. De cetero, si Autographas Schedas Papyro suæ affigere maluisset Bunkius quam describere, valde mihi levasset *laborem*, quem recensitæ & *cum Autographis collatæ* omnino *duplicarunt.*

8. Ex IMPRESSIS olim Disputationibus COROLLARIA adjeci PHYTOSCOPICA, quarum Annotationis 1. sectiuncula 1. & 5. jam meminit.

9. In sui TABERNÆMONTANI MARGINE quæ de hoc argumento *adscripserat*, huc quoque transtuli. *Paucissima* tamen sunt.

10. *Paucissima* item inserui ex MEIS ANNOTATIS in Collegio Phytoscopico 1651. privatim habito.

11. Denique cum Bunkius noster VELANDI AVTOGRAPHAS Schedas cum ipsius Apographis jam miscuisset, neque reperirem Apographarum omnium Autographas, ut de quibusdam dubitare necesse haberem, utrum Velandus earum Auctor esset, an Jungius; Velandi forte Autographas aliquas operi huic additas crediderim.

12. Quoniam enim Velandus Medicinæ operam dabat, *annotaverat* quædam,

dam, *cum in Academia Rostochiensi & Lugdunensi* viveret, de Plantis, quæ post mortem ejus ad Jungium transiere.

13. Veruntamen cum *Scriptura* in his apparens *Celerior*, & inde Inelegantior; cum non infrequentes Velandi *Quæstiones* sive Addubitata, tum *Propositum* Notandi, tum *Excerpti* Auctores, *discriminarunt* fere ipsas ab *Apographis*, ubi vel Rostochii vel Lugduni nulla erat facta mentio.

14. Quibus adde quæ *Auctori adversantia* in iisdem Autographis leguntur.

15. Verbi gratia illa, cui Titulus: *SPINÆ PLANTARUM*, Fragm. 3. Port. 3. C. 1. Assertioni 5. repugnat:

Ononis Spinosa cum Non spinosa videtur *ejusdem Speciei.*

16. Ejusd. Portionis C. 18. Assertioni 2. adversantur hæc:

„ *Tilias Marem & Feminam Speciei differre non* puto. Quod „ autem *Tilia* sit *Infrugifera, per Accidens* fieri, tumque *Marem* dici.

17. Sed corrigit deinde Sententiam:

„ Verum Tilias Marem & Feminam *omnimodo* inter se *differre* „ *Plinius ait* l. 16. c. 14.

18. Quæcunque autem ex Velandi Autographis Operi huic *accesserunt*, in *Exemplis* fere *Assertionum* quærenda sunt, cui usui, ni fallor, nec ab Auctore, si digessisset, fuissent subtracta.

19. Atque hæc sint dicta de iis, quæ Sectionem hanc efficiunt. *Singula* suo loco in *sequentibus* Annotationibus *expressius* erunt indicanda.

III.

DE DISTINCTIONE HUJUS SECTIONIS.

I.

Sectionem integram partitus sum in FRAGMENTA QVINQVE, quomodo appellare volui, partim, quia *Schedæ non* erant *Continuæ*, partim *ne Fragmenti tertii Subpartitiones Inconcinniores* esse viderentur, si Fragmenti *vocabulo* substituissem vocem *Portionis*, qua jam ante Partis 1. Sectionem 2. partitus fueram. Commodius enim Vocabulum, quam est Portionis, vix occurret.

2. *Involucrorum* autem *Inscriptiones* reperi septem:

3. 1) SPECIES PLANTARVM VT CONSTITVENDÆ.

4. 2) DIFFERENTIÆ A SPINIS, VILLIS. Item Indifferens ad { Spinas / Villos.

5. 3) FLORVM DIFFERENTIÆ CONFVSE COGNITÆ. Flos STAMINEVS LANVGINEVS, MVSCOSI.

6. 4) DE GENERATIONIBVS, VBI SEMEN NON ADFVISSE PVTATVR.

7. 5) GENERATIONES PLANTARVM EX HETEROGENEIS.

 8. 6) SE-

3. Roßhuf est melius quam Huflattich vel Brandlattich. Nam hæc Appellatio parit Specierum Confusionem.

Corrigantur numeri Sectiuncularum sequentium, & eam quæ ibi 9. est excipiat hæc:

„12. POPVLVS LIBYCA Plinii l. 16. c. 23. *in Gallia, Italia* & *Germania* sponte crescit.

14. Inepta etiam est appellatio Indianischer Pfeffer, id est Capsicum, quasi Piper verum classe non indigeat.

Assertionis 3. Sectiunculæ ultimæ hæc subjice:

4. FRUMENTUM *Typhinum*, quod cum Semine Phalaridis (Canariengras) ex Canariis advehitur, TVRCICVM vulgo appellatur, & „Cordo Histor. Stirp. *Triticum Bactrianum* dicitur. *Maizium* potius appellandum, uti vocant Americani.

5. Nam *ex America* primum translatum est *in Europam*, non ex Asia vel Turcia.

„6. *Neque* est Frumentum illud *Bactrianum*, *quod Grana Olivæ* „*magnitudine fert*, cujus Theophrastus Histor. Plantar. l. 8. c. 4. fin. & Plinius l. 18. c. 7. procul a fin. (in quo pro *Spicas* legendum *Olivas*) „mentionem faciunt.

„7. *Nec* est βόσμορος, *Frumentum Tritico minus, quod ne extra* „*Bactrianum & Babylonium agrum, antequam coctum sit exportent, mes-* „*sores jurejurando adiguntur*, uti Strabo l. 15. (p. 476. edit. Vignon. vers. 41.) testatur.

ADDENDA FRAGMENTI III. PORTIONIS I. CAPITI I.

In Argumento post Assertionis 6. Argumentum adde:

7 *quæ* ARISTOLOCHIÆ (quod ad Radices.)

Sequens numerus 7. mutetur in 8.

Assertionem 6. excipiat hæc:

VII. sive AR.

ARISTOLOCHIA LONGA, ROTVNDA, & CLEMATITIS differunt Specie quod ad *Radices*. PISTOLOCHIA etiam quod ad reliqua convenit, Radices *Fibrosas* habet.

Corrigatur numerus Assertionis sequentis.

ANNO-

ANNOTATIONES GENERALES,

quæ PRÆFATIONIS loco sunt,

ad

JOACHIMI JUNGII DOXOSCOPIAS PHYSICAS MINORES,

Auctore

MARTINO FOGELIO Hamb.

I. DE EDENDI HUIUS OPERIS CAUSIS.

1.

Quanquam *Physici Operis* [illegible] AUCTORI [illegible] ANIMUS fuit, & de proferenda inprimis *Isagoge* quadam Physica, una cum Disputationum duarum *de Principiis Corporum Naturalium Thesibus*, jam olim quidem, cum Examini publico in Gymnasio subjicerentur, *impressis*, sed recensitis post, & non parum *auctis*, contentius ex eo tempore, cum ex lapsu æger factus esset, cogitavit; factum tamen est, nescio, quo Fato, ut modo *novæ Curæ* ipsum in diversissimas Cogitationes *averterint*, modo oblatas Conditiones *Bibliopola* repudiaverit, modo *Typorum*, præsertim Græcorum, *Forma* displicuerit, sæpe *accuratius* quædam *proponendi Consilium* ista, ut reliqua Opera, distulerit, denique MORTE INTERCEPTUS Spem omnem ab ipsius manu aliquid perfecte ordinati exspectandi præciderit.

2. NE igitur tanti Viri Meditata vel BLATTIS & Tineis erodenda *relinquerentur*, vel *in manus* cujusdam Jungianarum rerum IMPERITI aliquando inciderent, EGO quoque FIDEM meam, quam edita Historia Vitæ & Mortis Auctoris obstrinxeram, quodam modo *liberaturus*, statim post mortem Auctoris Testamenti ipsius Curatoribus Consilium meum exposui de edendo in lucem Physico aliquo Opere, meumque studium, quantum adhibere valerem, in eo [illegible] lubens promisi.

3. Scilicet, cum *Logicorum Gymnasmatum* de Demonstratione, Zarabellæ oppositorum, *Recensionem meæ curæ commendasset* Auctor, ego vero *Logicam in Physica*, meis studiis convenientius, *exercere mallem*, *Physici Operis Recensionem* Logici Recensioni *præmittere* volui.

4. Accessit, quod *in Logica* ex parte suam *Sententiam* jam *expresserit*, quam quilibet, qui cupit, in Hamburgensi Logica legere poterit; in Physicis vero [illegible] Exercitationes Protophysicas nihil de ipsius Scriptis impressum esset.

5. Vt nunc nihil dicam DE ARISTOTELE REFORMANDO præcipue EX PHYSICA. Quod ipse in Epistola ad Andream Svarzium 1641. 11. Sept. perscripta, *monuit*, & in alia ad Seldenerum eodem anno 22. Sept. explicatius his verbis repetiit:

a *Physica ordiendam* esse *Philosophiæ Emendationem* semper existimavi, & adhuc in ea sum Sententia. *Logicæ controversiæ* nisi caute tractentur, *in Psychologiam*, & *Metaphysicam* elabuntur.

6. Cum igitur Consilium meum Curatoribus Testamenti probassem, constitueram Disputationum Physicarum, in Gymnasio olim habitarum, Theses, Exercitationibus Physicis hactenus non editis junctas, prælo committere, PRÆLECTIONES item PHYSICAS, quæ præsentis Operis maxima Pars sunt, Appendicis loco subjungere.

7. Hæc enim ex Physicis Scriptis sunt ab Auctore, ut edi possent, Continuo Stylo connexa.

8. Sed PROPTER DEFINITIONES Prælectionibus adhærentes, quas ab Assertionibus earundem Prælectionum divellere nolebam, videbantur Prælectiones Appendicis Titulum non commode mereri.

9. Quare, mutata ista Sententia, Prælectiones *præmittere Exercitationibus* e Lectoris commodo magis futurum putavi, quippe, in quibus Definitiones quædam continentur ad Exercitationes intelligendas necessariæ.

10. Præterea fore, ut BREVIVS primum legere, quæ prolixius in Exercitationibus tractata sunt, Intellectui etiam gratius multo accidat, non dubito.

11. *Nec contra Auctoris mentem* præmisero Doxoscopicas Systematicis ejus Scriptis, cum *ipse* hoc Ordine se usurum promittat in Scheda, quæ adhæsit Prælectionum Autographo:

Aristoteles nunquam proponit suam *Sententiam*, *ante*quam *refutarit* Contrarias. *Ego* utar eadem Methodo. Propositurus sum *meam* Sententiam, ubi *Averroem* & *Zabarellam destruxero*.

De Causis superadditæ Sectionis de Plantis suo loco dicam.

II.
DE AVCTORE HVIVS OPERIS.

I.

Cum non parum Vtilitatis ex Studiis, Vitaque Auctoris recte cognitis in Lectorem redundare possit, operæ pretium facturum arbitror Lectorem, si *de Incomparabili Auctoris* tum *Judicio*, tum *Ingenio*, tum *Eruditione* judicare ante didicerit *ex Historia Vitæ & Mortis* ipsius, quæ secundum prodiit *Argentorati*, auctior quidem, quam quæ *Hamburgi* impressa est, sed præcipitata tamen per errorem ejus Editione, interea dum plura submittenda colligebam.

2. Hanc

2. Hanc vel Integram, vel quod ad Particulas, auctam hic exhibere Temporis præsentis ratio non patitur.

3. Exhibebo eam alias, si Deus voluerit, *justæ Magnitudinis Volumine* comprehensam.

4. *Nunc* sufficiat ex Schedis meis JVDICIA duorum Clarissimorum Virorum huc inprimis pertinentia apposuisse.

5. Quorum alter est JO. PELLIVS, Anglus, Professor Matheseos in Amstelodamensi Gymnasio primum, deinde Bredano, quem Gerardus Joannes Vossius, (sive potius Fossius,) libro de Scientiis Mathematicis c. 10. §. 2. a Varia Eruditione, & Summo Ingenii Acumine non vulgariter commendat.

6. Alter est Joannes Amos COMENIVS, Conatibus Didacticis celeberrimus.

7. Ille (*Pellius*) in Epistola ad *Joannem Adolfum Tassium*, Mathematicum olim Hamburgensem, Virum Summum, 1645. Amstelodami pridie Cal. Maji scripta:

„*Cordatus Juvenis Bernhardus Varenius, quanti te,* (Tassi,) *atque*
„OMNIVM MORTALIVM ΛΟΓΙΚΩΤΑΤΟΝ, *Collegam illum tuum,*
„D. JVNGIVM, *facere videretur, aliquando fortasse in suis ad te descri-*
„*bere conabitur. Quod si ullis verbis assequi poterit, Incomparabili illum*
„*Eloquentia præditum arbitrabor.*

8. Et paulo post:

„*Ego rigidissimam Censuram etiam Accuratissimi vestri Apodi-*
„*ctici expeto. Quam si impetravero, summo me beneficio affectum ar-*
„*bitrabor.*

9. In Epistola ad *Jungium* 1645. Amstelodami Id. Maj. scripta:

„*Etsi tuam, Vir Eximie, Sententiam de nostra Refutatiuncula*
„*valde scire aveo, quippe qui te Incomparabilem demonstrative docendi,*
„*& dedocendi Artificem esse probe sciam; tamen, quum piaculum puta-*
„*rem, Heroicos tuos labores vel tantillum interpellare, - - - - decrevi a*
„*scribendo abstinere.*

10. In alia Epistola ad *Jungium* 1645. Amstelodami 6. Calend. Septembr. scripta:

„*Postquam vero tam Incomparabilem Apodeicten viderem ali-*
„*quantulum αὐταρκείας ibi* (in Demonstratione mea) *desiderare; ego*
„*dixi continuo mecum; Oportet aliquid subesse, quod meos oculos fugerit;*
„*non temere est, quod Jungius aliquid in Pellii Apodixi desiderat, quo-*
„*rum ille supra omnes mortales optime potest, hic ardentissime cupit omnia*
„*plenissime & αὐταρκῶς demonstrare.*

11. Hic

11. Hic (*Comenius*) in Pansophiæ Prodromo, (Præludiorum titulo Oxon. 1637. edito) p. 45. & 46. edit. Londin. 1639; sive Didacticor. Oper. Part. 1. Pansophici libri delineation. section. 47. col. 426:

„12. *Deus, quia Æterna, & Immutabilis Veritatis Basis est, non potest non eo rem dirigere, ut Veritati indies planius detegendæ, ac roborandæ ipsi Errores etiam servire tandem habeant necesse. Et* IVNGIVS *Saxo Logicæ nunc Arti ad eam Perfectionem deducendæ insudans, ut Propositionum Veritas adstrui, Sophismatum Deceptiones destrui queant ea Certitudine, qua Euclideum quodvis Problema Apodeictice deducitur.*

III.
DE INSCRIPTIONE HUJUS OPERIS.

1.

Quoniam *Opiniones* passim receptas hic *considerari*, Lector Benevole, reperies, DOXOSCOPIAS Onus volui inscribere.

2. Auctor ipse *Opinatorum* meminit Partis 2. section. 1. c. 12. ass. 12.

3. *Opinionum Portenta accumulari* notat ejusd. section. c. 12. assert. 13. sectiunc. 2. fin.

4. Et ad similis Schedæ, quæ ejusd. Capitis Assertionem 26. & partem Assertionis 27. complectitur, extremum hæc reperi:

5. *Opiniones Somniis similiores*, quam Scientiæ, ex Naturæ Observatione elicitas, ejusd. C. Assertio 12. affert, Thesis contra Burgersdicii Disputationem de Putredine.

6. Placuit hic *Titulus*, *Specialior, quam Prælectionum Physicarum*, quem Apographum Polesianum, (de quo vide ad Part. 1. Annot. 1. sectiunc. 6.) præfixum habet.

7. Ceterum Doxoscopiarum Titulus *Auctori non* est INFREQVENS, qui Doxoscopica *opponit Systematicis* in Logicæ Physicæ Fasciculo, sub Titulo Hypotheseos.

8. Adsunt enim inter Manuscripta *Doxoscopia Zarabellæ Physica Generalis*, & Ειδική sive *Specialis*, item Doxoscopia Zarabellæ *ad l. 8. Physic. Mercenarii* Doxoscopia, *Fernelii*, & *Sennerti* Doxoscopia, *Galeni* Doxoscopia, Doxoscopia *Sporadica* &c. Sed vel maxime huc pertinet *Scheda* anni 1624. mox producenda.

9. *Brauno*, Anglo, (Auctor is esse dicitur Religionis Medici,) *Pseudodoxiæ Epidemicæ* Inscriptionem, libro suo Anglico, *non absimilis argumenti*, dare placuit.

10. Non tamen omnes hujus Operis *Propositiones Doxoscopicæ* sunt, sed *pleræque*.

11. *Plurimæ* enim *in Isagoge Systematica* aptius legerentur. Verbi gratia ex *Definitionibus de Motu Locali* quædam, ex *Section. 2. Assertionibus* plurimæ.

12. Quæ-

12. Quædam vel integræ, vel ex parte & *hoc in Opere* legi, & in *Isagoge Systematica* repeti debent, Instituto Doxoscopico inservientes.

13. Vt ex fere integris *Definitiones Syndiacriticæ*, *Assertiones*, ex Sectione 1. Procemii 3. 4. 5. 8. 9. 10. 11. cap. 12. aff. 17. 18. 19. 20. & cap. 13. aff. 2. & 5. & cap. 22. assert. 9. &c.

14. Item ex Sectione 2. plurimæ. Item ex Sectione 3. Fragm. 3. Port. 1. c. 5. aff. 4. & aliæ *ad Historiam Plantarum* referri debent.

15. *Ex parte* ad Isagogen Systematicam pertinet, verbi gratia, ex Assertionibus Sectionis 1. Procemii 7. sectiunc. 5. 6. 7. 13. &c. & c. 9. aff. 11. sectiunc. 5. &c.

16. *Crediderim*, Auctorem interdum, amœnitate intertexta, *fastidium Doxoscopicum* Lectori *minuere voluisse*.

17. *Mihi* in Prælectionum Opere *talia mutanda non* fuerunt, quamvis *ex Schedis*, quas ego in hoc Opus transtuli, *Propositiones Systematicas parcius* adjecerim, & Plinii Moniti (quod habet Epist. l. 5. ep. 6. circa fin.) memor, *ad Titulum identidem respexerim*.

18. Interim, quæ *Confusa* adhuc videri possint, *distinguet* olim, si Fautores Opus hoc invenerit, *Index*, Doxoscopica a Systematicis accuratius separaturus, *cum reliqua* etiam Auctoris Opera *lucem aspexerint*.

19. Porro autem PHYSICÆ hæ Doxoscopiæ dicuntur, *ab Objecto suo*. Nam & *Metaphysicæ*, & *Logicæ adsunt* Doxoscopiæ, quæ has aliquando, si Deus voluerit, sequi poterunt.

20. Denique cum *Opiniones Physicæ in hoc Opere breviter*; in *Exercitationibus* vero, partim in Gymnasio ad disputandum propositis, & dudum impressis, partim non propositis, certe non impressis, *prolixius* ab Auctore consideratæ fuerint; Doxoscopias MINORES vocavi *cum Scheda*, anni 1624. Septembris, Oct. & Nov. hæc exhibente sub Titulo, Doxoscopica:

Vide Fernelium de Forma Pæoniæ.

21. Quæ maxime spectant ad *Antidoxa Minora*, sive *Antidoxorum Theses Prodromas*, sive potius ad *Introductionem Præservativam*, sive *Doxoscopiam*.

MONITA
ASSERT.
DEFINIT.
EXPOSITIONES DOGMATVM.

22. *Adest* etiam *Titulus*:

ANTIDOXA PHYSICA, hoc est, DIEXODORVM PERIPATETICARVM IN APODIXES LIQVIDAS TRANSFORMATARVM EXAMEN.

23. In *Fasciculo Protonoetico* sub Titulo Isagoges Doxoscopicæ, in Scheda anni 1624. Octobr.:

Ideo hæc *Antidoxa Minora edo, ut* aliquem eliciam confidentem Peripateticum, qui mihi Zabarellæ Dogmata compleat, ut eo certius *Procheremata conficere queam.*

24. Scilicet, *cum* grande illud *Protonoetici*, ſive Ereunetici *Collegii Inſtitutum* promovere agitaret, de quo in Hiſtoria Auctoris pluribus, Phyſicorum etiam Dogmatum receptorum, tum Falſitates, tum Abſurditates breviter, & ni fallor, *Dialogi* modo proponere, in animo habuit.

25. Superſunt enim adhuc *Fragmenta* iſtius Dialogi, in quo *AS Auditorem*, & *P. Præceptorem*, colloquentes, ſignificat.

26. Et præterea exſtat *Titulus: Dialogus 3. de Qualitatibus Primis.*

27. Quamvis vero *quædam Aſſertiones* hic compareant, quæ *propter Prolixitatem* ſuam *ad Majores Doxoſcopias referendæ* eſſe *videri poſſint*, quales ſunt Section. 1. Procem. 7. & Section. 3. Fragm. 4. c. 3. aſſ. 2. &c.; & ejusd. Fragm. c. 4. 1.; tamen hæ *Exemplis* ſuis *tantum* ita *extenduntur*, non, ut in Majoribus Doxoſcopiis ſæpiſſime fit, Excurſionibus, aut Diexodorum plurimarum Solutionibus ſe diffundunt.

28. Quod ſi quibusdam forte, *propter omiſſas* interdum *Cauſas*, & *Declarationes* Vberiores, *Minimæ* potius, quam Minores appellandæ videantur, hi *Theſes* plurimas *acceſſiſſe meminerint.*

In Theſibus enim quædam *Obſcura ponenda* ſunt, *ut quærant* ii, *qui opponere non didicerunt*, ex Auctoris Scheda.

29. *Alterum* Titulum ISAGOGES PHYSICÆ DOXOSCOPICÆ, (Platonis enim more geminum præfixi, ut Lector eligat, quem cupit,) inveni in Scheda Auctoris, & in ea, quæ hic ſectiunc. 21. adducta eſt, aliis verbis continetur.

30. In *Faſciculo Protonoetico*, modo dicto, ſub *Titulo Paræneſeos*, mentio eſt Operis Antiſagogici:

Proximo Auguſto, aut Septembri, habebit non Sciagraphiam modo, ſed & *Specimen*, ſive Partem totius *Operis Antiſagogici in Protophyſ.*

31. Quod ſupereſt, *omnium Opinionum* Phyſicarum *Examen* hic *ne requiſieris.* Recte enim Ariſtoteles Ethic. 1. c. 2. Zvingeri:

„ἁπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς Δόξας, „ματαιότερον ἴσως ἐςίν. Ἱκανὸν δὲ τὰς „μάλιςα ἐπιπολαζούσας, ἢ δοκούσας ἔχειν „τινα λόγον.	*omnes quidem exquirere Opiniones, vanius forte fuerit. Satius vero maxime inſignes, aut quæ videntur niti aliqua ratione.*

Hæc ex Annotationibus generalibus ad ſcopum præſentem ſufficiant.

ANNOT.

ANNOTATIONES SPECIALES AD JOACHIMI JUNGII DOXOSCOPIAS PHYSICAS MINORES DE PLANTIS.

Auctore
MARTINO FOGELIO Hamb.

I.
DE CAUSIS, OB QUAS PRIORIBUS SUPERADDITA FUERIT HÆC SECTIO.

1.

Quamvis, impressa fere Partis secundæ Sectione secunda, mecum constituissem, paucas tantum Phytoscopicas ASSERTIONES jam IMPRESSAS, & *in Disputatione de Axiomatibus Physicis*, in Gymnasio nostro 1652. proposita, COROLLARIORUM *vicem* functas, Appendicis loco Parti secundæ annectere, quod, in Auctoris SCHEDIS de Plantis Doxoscopici argumenti parum aut nihil repertum iri sperabam;

2. Accidit tamen, *postquam* Experientissimo *Bunkio*, Amico optimo, in ipsis curis & conatibus proferendi in publicum, quicquid Auctor de Plantis conscripsit, *vita* præclare quidem, sed mature nimis, *ponenda* fuit, ut, capessita a me parte istarum curarum, cum excuterem hasce Schedas, *plurima* offenderim, quæ a Prælectionum Physicarum opere *haud aliena* futura videbantur, unde integra fere hæc Sectio nata est.

3. Cum enim proxime PRÆCEDENS SECTIO *de Speciebus Similarium* Opiniones examinaverit, Argumento Operis convenienter junguntur cum Sectione priore, quæ in hac *tertia* de Plantarum, *Dissimilarium* Corporum, Speciebus digesta reperiuntur.

4. Quibus *pauca* quædam de Plantis *alterius Argumenti* accesserunt.

5. Neque vero existimo, hanc Sectionem prioribus superadditam præter AUCTORIS CONSILIUM, quod celare haud possunt tum *Corollaria*, quæ modo dicebam, tum *Inscriptiones* hæ in diversis Schedis occurrentes: *Disputationes Botanicæ*, Disputationes *Phytoscopicæ*, *Theses Botanicæ*, 1648. Maji mensis, (vide ad Fragm. 3. Portion. 1. C. 18. Ass. 2. annotationem,) *Corollaria Phytoscopica*, (v. ad Fragm. 1. C. 1. Ass. 1. annotationem,) Disp. *de Speciebus Plantarum*, (v. ad Fragm. 3. Portion. 1. C. 9. Ass. 1. annotationem,) *Correctiones Specierum*, & similes.

II.

VNDE SIT DESCRIPTA HÆC SECTIO.

I.

Præter Auctoris SCHEDAS AVTOGRAPHAS *Inordinatas*, APOGRAPHÆ hic descriptæ sunt, quas item Inconditas majori ex parte reperi, Incertæ, Velandiæ, & Bunkianæ. Singulæ non magno arctantur numero.

2. INCERTÆ descriptæ sunt ex Schedis, ut conjicio, *Vetustissimis*, nec amplius comparentibus, ab eadem *indocta manu*, cujus Collecta quædam Apographa Physica ex Quercetano, aliisque servamus.

3. VELANDIÆ circa annum forte 1632. a Voldeko *Velando*, Ferdensi Vestfalo, descriptæ sunt, *inter* omnes Jungii *Discipulos præcipui nominis*, qui si superfuisset, (quod ipse Jungius fateri cogebatur,) in Mathematicis facile tanti Doctoris sui Doctor futurus fuisset. Sed lento ac pertinaci Phthiseos malo paulatim consumtus, cum ab anno 1633. in aliquot Academiis non sine summa laude vixisset, anno ætatis 28. nondum exacto, Hamburgi 1641. diem supremum obiit.

4. Expressæ autem sunt, (trinæ quandoque eodem exemplo,) vel *ex Schedis Patavii* ab Auctore collectis, (ut fidem faciunt *Autographæ superstites, de Nasturtio Indico non recte Nasturtio dicto; de Ricini Flore non Muscoso; de Jaceæ Flore non Aphyllo;* & de *Arboribus Semine carere creditis:*) vel ex *aliis non* multo *Junioribus.*

5. *Auctor unam* & *alteram* relegendam, & *emendandam duxit.*

6. BVNKIANARVM, quæ *plurimam* hujus *Sectionis partem* a Doctore *Bunkio* ruditer, &, mortuo jam Auctore, *digestam* continent, mentionem facere opus non haberem, si Scheda, *unde Fragmenti 1. C. 1 Assertio 9.* & *C. 2. Assertio 1. sectiuncula 2. pars*, & *3. pars* transscriptæ sunt, in manus meas, quamvis sedulo quæsita, venire potuisset.

7. De cetero, si Autographas Schedas Papyro suæ affigere maluisset Bunkius quam describere, valde mihi levasset *laborem*, quem recensitæ & *cum Autographis collatæ* omnino *duplicarunt.*

8. Ex IMPRESSIS olim Disputationibus COROLLARIA adjeci PHYTOSCOPICA, quarum Annotationis 1. sectiuncula 1. & 5. jam meminit.

9. In sui TABERNÆMONTANI MARGINE quæ de hoc argumento *adscripserat*, huc quoque transtuli. *Paucissima* tamen sunt.

10. *Paucissima* item inserui ex MEIS ANNOTATIS in Collegio Phytoscopico 1651. privatim habito.

11. Denique cum Bunkius noster VELANDI AVTOGRAPHAS Schedas cum ipsius Apographis jam miscuisset, neque reperirem Apographarum omnium Autographas, ut de quibusdam dubitare necesse haberem, utrum Velandus earum Auctor esset, an Jungius; Velandi forte Autographas aliquas operi huic additas crediderim.

12. Quoniam enim Velandus Medicinæ operam dabat, *annotaverat* quædam,

dam, *cum in Academia Rostochiensi & Lugdunensi* viveret, de Plantis, quæ post mortem ejus ad Jungium transiere.

13. Veruntamen tum *Scriptura* in his apparens *Celerior*, & inde Inelegantior; tum non infrequentes Velandi *Quæstiones* sive Addubitata, tum *Propositum* Notandi, tum *Excerpti* Auctores, *discriminarunt* fere ipsas ab *Apographis*, ubi vel Rostochii vel Lugduni nulla erat facta mentio.

14. Quibus adde quæ *Auctori adversantia* in iisdem Autographis leguntur.

15. Verbi gratia illa, cui Titulus: *SPINÆ PLANTARVM*, Fragm. 3. Port. 3. C. 1. Assertioni 5. repugnat:

Ononis Spinosa cum Non spinosa videtur *ejusdem Speciei.*

16. Ejusd. Portionis C. 18. Assertioni 2. adversantur hæc:

„*Tilias Marem* & *Feminam Speciei differre non* puto. Quod „autem *Tilia* sit *Infrugifera*, *per Accidens* fieri, tumque *Marem* dici.

17. Sed corrigit deinde Sententiam:

„Verum Tilias Marem & Feminam *omnimodo* inter se *differre* „*Plinius ait* l. 16. c. 14.

18. Quæcunque autem ex Velandi Autographis Operi huic *accesserunt*, in *Exemplis* fere *Assertionum* quærenda sunt, cui usui, ni fallor, nec ab Auctore, si digessisset, fuissent subtracta.

19. Atque hæc sint dicta de iis, quæ Sectionem hanc efficiunt. *Singula* suo loco in *sequentibus* Annotationibus *expressius* erunt indicanda.

III.

DE DISTINCTIONE HVJVS SECTIONIS.

1.

Sectionem integram partitus sum in FRAGMENTA QVINQVE, quomodo appellare volui, partim, quia *Schedæ non* erant *Continuæ*, partim *ne Fragmenti tertii Subpartitiones Inconcinniores* esse viderentur, si Fragmenti *vocabulo* substituissem vocem *Portionis*, qua jam ante Partis 1. Sectionem 2. partitus fueram. Commodius enim Vocabulum, quam est Portionis, vix occurret.

2. *Involucrorum* autem *Inscriptiones* reperi septem:

3. 1) SPECIES PLANTARVM VT CONSTITVENDÆ.

4. 2) DIFFERENTIÆ A SPINIS, VILLIS. Item Indifferens ad { Spinas / Villos.

5. 3) FLORVM DIFFERENTIÆ CONFVSE COGNITÆ. Flos STAMINEVS LANVGINEVS, MVSCOSI.

6. 4) DE GENERATIONIBVS, VBI SEMEN NON ADFVISSE PVTATVR.

7. 5) GENERATIONES PLANTARVM EX HETEROGENEIS.

8. 6) SEMINE CARENTIA.

9. 7) ARISTOTELIS DE PLANTIS DOGMATA.

10. Quibus adjicere poteris *Schedarum* Inscriptiones *suo loco* deinceps memorandas.

11. Cum vero Sectio hæc potissimum doceat, quantum in Plantis digerendis hactenus peccaverint Phytoscopi, *præmisi Generalia* DE PLANTÆ SPECIEBVS CONSTITVENDIS, quæ Fragmentum 1. exhibet, Specialioribus, ut Lex Didactica, quoad ejus fieri potest, nos progredi jubet.

12. Et quoniam *usus nominum apud Philosophos* tantum *secundarius* est, Fragmentum DE PLANTARVM NOMINIBVS *secundum* merito locum tenuerit.

13. *Dehinc illustribus Exemplis* commodum videbatur ob oculos ponere, *quam*, vel Plantas *conferre* cum Plantis, cum quibus debebant, *neglexerint*, vel *separatim spectatarum Partes* tum *falso negarint*, tum *confuse cognoverint*.

14. Dum Plantas cum Plantis, cum quibus debebant, conferre negligunt, vel *ad Eandem* Specierum *Classem Diversas Species* referre, vel *Easdem* Nova Classe excogitata a *se divellere* consueverunt.

15. Itaque Fragmenti II. *duas* feci *Portiones*. Ac I. quidem DE PLANTIS HOMONYMIS, II. de RELIQVIS PERPERAM HETERONYMIS inscribere volui.

16. *Reliquis*, inquam, quia jam ante in Portione 1. *quarundam* ad 2. Portionem quoque referendarum in transcursu quasi facta erat *mentio*, quas bis repetere nolui.

17. Vide Portion. 1. C. 1. Assert. 1. sectiunc. 2. & 3. & Assert. 7. Item C. 3. Assert. 1. sectiunc. 2; Assert. 3. sectiunc. 1. Iterum C. 4. Assert. 1. sectiunc. 1. &c.

18. *Titulus Generalis* hujus Fragmenti exstat in ora Schedæ, unde Portionis 1. C. 16. Assert. 3. sectiunculæ 4. & 5. expressæ sunt: SPECIEI VNITAS, ὉΜΟΕΙΔΙ'Α NEGLECTA, quo nullum inveni alium aptiorem continendo utramque Portionem.

19. *Portionis I.* Titulum, *commodum præ* istis: *Falsæ Species; Corrigenda in Speciebus; Specie Falsa Convenientia* &c. suppeditarunt tum Titulus Schedæ de Tribulis: HOMONYMIA PLANTARVM, tum Coroll. Phytoscop. 7. 8. 9. quæ vide ad C. 8. Assert. 1. C. 10. Assert. ult. it. C. 3. Ass. 3. sectiunc. 3. 4. 5.

20. Quem confirmavit Scheda de Malo Persica, cui Titulus: SPECIES CORRIGENDÆ, sive NOMINA POTIVS, cum ante ibidem Specierum Correctionem definivisset his verbis: *Specierum Correctio* intelligitur, *cum ad Genera debita* referuntur.

21. Portionis II. Titulus ex C. 3. Assert. 2. sectiuncula 2. acceptus est.

22. Vtriusque vero Portionis *Capita Alphabeti Ordine* digessi, quo nullas, *hac* quidem Specierum *Confusione*, poterat magis idoneus excogitari.

23. *Nomina* autem, quibus vel Diversissimæ Plantæ conveniunt, vel Eædem Species discrepant, potissimum *ad Casparis Bauhini Pinacis Titulos* accommodavi.

24. Hoc

24. Hoc insigni enim opere in aptiores quoque quam hactenus factæ fuerant, Classes, non raro tamen hallucinatus, Plantas voluit digerere.

25. Et hæc de Fragmenti III. Distinctione dicenda habui.

26. Accedo ad Fragmentum IV. PARTES QVARVNDAM PLANTARVM, tum FALSO NEGATAS, tum CONFVSE COGNITAS, consideratione sua complectens, legendum omnino *post Fragmentum III.* quod *Integras Plantas*, certe *plerarumque maxime Conspicuas Partes junctim* spectatas proposuit.

27. *Ordior* a FOLIO, quod *ab Auctore potissimum respici* Fragmenti 1. C. 1. Assert. 1. sectiuncula 2. docuit.

28. *Folium* CAVLIS, *hunc* FLOS, & *Florem* denique SEMEN, ut *Naturæ* fere, ita hic Doctrinæ *Ordine* excipit.

29. Etiam *in Isagoge Phytoscopica* olim edenda *servato*.

30. RADICEM *ultimo* loco locavi, tanquam Partem semper *abditam*. Vide iterum Fragm. 1. C. 2. Assert. 1. sectiunc. 3.

31. Fragmentum denique DE VITA PLANTARVM a me inscriptum, V. & *postremum* locum *abstrusa* sua *doctrina* merito sortitum est.

IV.

DE FRAGM. I. PROOEM.

1.

Pars prior *Schedæ* debetur:

Nisi in c. G. & S. c. r. *redig.* non pro l. h. v. i. *inf.* erit *studium* Botanicum. *Int.* a. i. abhorret.

2. *Reliqua Corollariis Phytoscopicis*, initio harum Annotationum dictis 1. scilicet 2. & 3.

3. 1) Difficile adm. r. Phytoscopiæ stud. v. a. *d. P. a.*

4. 2) Ejus discrep. &c.

5. 3) Hinc *infinitum* quasi red. hoc *stud.* *Int.* a hum. infin. *fugit* &c.

V.

DE FRAGM. I. CAP. I.

1.

Assertio 1. *ex duabus Schedis* concinnata est.

2. Sectiuncula 1. ex Scheda, in cujus fronte legebantur hæc: contra Scaligerum.

3. Sectiuncula 2. ex Scheda, quæ hæc continebat:

φρυγανικῶν Theophr. l. 7. Hist. c. 10. l. 3. Caus. c. 24. Præstat. n. S. & G. a. & d.

Her-

Herbam *Multicaulem*
Herbam *ab imo Ramosam* } *Perennis.*
Herbam *Vnicaulem*

4. Ita *Frutex* erit Arbor *Multicaulis*, & *Arbor* erit *Planta* Vnic. *Per.*

5. His adhærebant quædam contra Theophrastum notata, quæ alias rectius producentur.

6. *Mutanda* autem quædam hic fuerunt, si verba per festinantem Calamum *Contradictione implicita* Operi inserenda non sunt.

7. Ergo *pro* illis: *Frutex* erit Arbor *Multic.*, substituo: *Fr.* e. *Planta Multic.*, *Perennis*, & pro *Herba* reposui generalius vocabulum *Plantæ*, *Isagoges Phytoscopicæ* capitis 10. paragrapho ultimo *congruenter.*

8. Ibi enim Auctor ita:

Planta Perennis solo Stipite Folia gerens, si *singulari* sit Stipide, *Arbor*; si *Multicaulis*, sive Multistipes sit, *Frutex* dicitur.

9. Assertio 2. est ex Scheda, cui Titulus CREMIVM, *ejusdem*, credo, propter Scripturæ similitudinem cum illis, unde est Assertio 1. *ætatis.*

10. *Principium* Assertionis legitur *ita* locarum:

„ CREMIVM Scaliger. Exerc. 139. *cum Arbore convenire* ait p.
„ 465. quod *Trunco* est *Singulare*, sive Vnicaule. Item p. 464. Stipite
„ Singularem Naturam Cremio tribuit. Cremia ait esse ALTHÆAM
„ p. 464. AGRIMONIAM p. 465. Vtraque autem est Multic.

11. Deinde:

Tab. expres. &c.

12. *Ad marginem sinistrum* ab imo versus summum leguntur ista: ab imo Caule Ramosa, non tamen Fruticosa videtur dici posse. Quæ forte de Althæa capienda sunt, de qua *jam* idem *dixit* sectiunculæ 4. Parenthesi.

13. Assertio III. *in Scheda paulo aliter* formatur.

14. *Vtr. pl. C. ex eod. O. R.*, *an* ex *vic.* tantum.

15. Si ex v., tum F. *ab* A. non *d.*, n. s. *m.* & *m.* N. & A. e. R. S. e.

16. Hæc ergo ulterius *observanda* sunt.

17. Assertio IV. ex quatuor *diversæ*, ni fallor *ætatis* Schedis composita est.

18. *Primæ* Titulus: ARBOR, FRVTEX. Cui subjiciuntur ista:

Magna solum ex parte fruticat LENTISC. *multis ab una R. Stol.* (ergo πολύκαυλος) *&* *Virg.* &c. Clus. item Lob. Adv. p. 412. *Fallitur & f.* &c.

NB. Sto-

19. (NB. Stolones recisi promovent Arboream Magnitudinem ejus Caudicis, qui relinquitur. Sed Cymæ, h. e. Cacumina Caudicum majorum & adultiorum, resectæ promovent Multitudinem Stolonum, & inhibent ab Altitudine Arborea.

20. *Ad marginem dextrum* aliud NB. e regione hujus Theorematis signabatur, in quo item *recentius scripta* sectiuncula 1. & 2. (excepta tamen 1æ Parenthesi,) reperiuntur. At 3. eodem calamo in fine ejusdem paginæ, voce Plantæ tantum a me inserta.

„21. *Secunda* ex *Incertarum* aliqua est. Ὁ δὲ Μύρρ. μ. α. ε. ibid. Ergo &c. Ad marginem erat Titulus: GENERA IV. SVMMA PLANTARVM.

22. Exstat autem illud de Myrto in Theophrasti I. expresso.

23. *Tertia* ex Scheda, quæ inscribitur: SPECIES PLANTARVM.

24. Ilex Coc. c. c. in F. o.

„25. RVTA *Cult. elev. ad A. d., fisc. R.* &c. & *Fl. c. defringantur*, uti Tabernæmontanus tradit.

26. *Quarta* inscribitur: contra SPECIES PLANTARVM.

27. Non Ruta tantum, sed & SALVIA c. in A. g. &c.


28. Cui *gemina* fere *hæc* est, quæ Assertionem hanc *augere potest*:

Arbor { *Natura*
Arte. Planta hic annua, alibi perennis & Arbor esse potest, ut ROSMARINVS, Ruta Herodis.

Si sit *annua, non* est *Arbor*, ut *Musa*.

29. Assertio V. ex Scheda est, quæ inscribitur: FRVTEX. *Addiderat* tales fere *Icones Arboris, Serpentis Arboris, Fruticis.*


Arbor


Serpens Arbor


Frutex.

30. Assertio VI. *variis* debetur Schedis.

31. Sectiuncula 1. & 2. ex Scheda, quæ inscribitur: *Plantæ Divisio in* ARBOREM, HERBAM *an Specifica.* Cui subjiciuntur ista: MELONES *in Peruv.* &c. Lauremb. p. 73. Quæ ibidem *de Thure*, *Myrrha*, *Pipere ex* Lauremb. p. 72. Auctor adjecit, *huc non* pertinent.

32. Male autem Lectoris sui commodis consuluit Laurembergius, quod Acostam, unde ista hausta deprehendo, nominare neglexerit.

33. Sectiunculas 3. 4. 5. de RICINO *tres* Schedæ *Autographæ* & una *Apographa* stabiliunt.

34. Prima, quæ inscribitur: Eadem *Planta* hic *Arbor*, illic *Herba*, id est Annua, hæc est:

Κίκι ἢ Κρότων, Ricinus, Dioscoridi Δένδρον dicitur, *μακρᾶς Συκῆς μέγεθος ἔχων.*

35. Lobel. Advers. vix alibi quam in Hortis videre est. *Ann.* est *nec rediv.* (h. e. ne R. q. &c.) At Clus. *in mar. Bæt.* &c. Bellonius item *in Creta* magnas Ricini Arbores se observasse scribit.

36. Item *Curcas* Arbor in America, nimirum in Nova Hispania, *Species Ricini* videtur tum *Monardi*, tum *Clusio*. Nam & *Semen* & *Oleum* &c. respondent.

37. Secunda *Patavina*, cujus *exemplum Velandia* quoque Titulo *Vivacitas* exhibet, sub Titulis: *Generalia Botanica, Vivacitas, Arbor, Herba*, hæc complectitur:

An nec rediv. in Germania stirps est Ric. perficitur eodem, quo sata est, anno. *Semen Auctumno* maturatur.

38. In *calidis* regionibus *multos* testat *annos*, *atque in tant. excr. alt. ut ad consc. eam scalis opus quandoque sit*, uti tradit P. Bellon. l. 1. Sing. Dod. Lobel. adv.

39. Tertia Titulo: *Differentia Annuæ* & *Restibilis* secundum *regionum* temperamenta *variat*, eadem repetit.

40. *Reliquas Instantias* in Schedis confusas *Alphabeti ordine digessi.*

41. Sectiuncula 7. ex parte, 10. & 12. integræ debentur Schedæ quæ inscribitur: Instantiæ contra Species, recentioris ætatis, hæc exhibenti:

Herbæ

Herbæ cum Arboribus vel Fruticibus.

42. Onagra - - - - NERION, alibi *Frut.* alibi *trab. ad. f.*

f. Anton.
CHAMÆNER.
Epilob.

43. EBVL. - - - - SAMB.

Gr. Χαμ. Ἄκ]η.

differt.

an Caulis Singularis? *Virgæ m. a R.*

„*Caul. Simpl.* tr. Cæf.

Bijug. Fr. in *utr.*

In Vtr. *Fr. Fl.* i.

44. De *Sambuco* & *Ebulo duæ aliæ* etiam.

45. Vna habet hæc: PRÆDICAMENTIS BOTANICIS *obstant* Musa *Arbor annua*, Sambucus Ebulus.

46. Altera quæ inscribitur *Species Plantarum*, ista: Ebulus *per omnia Sambuco similis*, nisi quod *annua* Planta est.

47. Sectiunculæ 7. ex parte, 9. 11. 18. & 19. integræ, formatæ sunt ex alia, cui Tituli: *Arbor, Herba: Magna diversitas magnitudinis in Plantis ejusdem Speciei.*

48. Tithymalus Helioscop. Herba.

TITHYM. *Arbor.* &c.

„ANCHVSAM *Arbor.* P. Alpin. Anchusam esse &c.

„Car. *Arboreus.*

CYAN. &c.

49. Sectiunculam 8. repræsentat tertia sub Titulo: *Herbæ Arborescentes.*

50. Sectiuncula 13. & 16. sunt ex Scheda quarta, subnexæ iis, quæ hic sectiunc. 27. ex eadem produxi.

51. Sectiuncula 14. debetur Schedæ, de qua hic sectiunc. 45. dixi.

52. Sectiunculam 15. partim ex eadem, partim ex hac Apographa Incerta expressi, unde Assertio una & altera sectiuncula augeri poterit:

53. Scripsit Theophrastus LACTVCAM *grandescere in Arboris* ADDENDA. *æmulationem.* Jul. Cæs. Scalig. (Exercit. 139. fin.)

„54. Theophrastus habet id. Μαλάχη MALVA, Τεῦτλον BETA, „Ἄγνος AMERINA, ΠΑΛΙΟΥΡΟΣ, Κίττος HEDERA ὁμολογουμένως „ταῦτα γίνεται Δένδρα, καὶ τοι θαμνώδη ἐστὶν l. 1. c. 5.

55. Scaligero credo obvium se dedit, cum illa scriberet, *locus* ex Hist. Plant. l. 7. c. 4. qui *Auctori non succurrit:*

„Τῶν δὲ πλατειῶν (Θριδακινῶν) οὕτω „τινὲς πλατύκαυλοι γίνονται, ὥς τ' ἐνίους „φασὶ καὶ Θύραις χρῆσθαι Κηπωρικαῖς.	*Inter Latas (Lactucas) adeo quædam Laticaules fiunt, ut aliquos dicant & pro Ostiis uti Hortorum.*

56. Plinius Nat. Hist. l. 19. c. 8. circa initium ita ex Græco convertit. „*Lactuca*, inquit, *Genus Vnum Laticaulis, adeo, ut Ostiola Olitoria ex his fa*„*ctitari prodiderint.*

57. Ceterum & *alia Incerta*, quæ inscribitur, *Speciei Vnitati non obstant*, hæc exhibet Germanica:

Baummäßige Grösse, und Krautmäßige Kleinheit hindert nicht die Gemeinschafft der Art in Rauten, Baum-Wiesenklee oder Bärrauten, Geiß-Weinklee, Pappeln.

58. Sectiuncula 17. in Scheda ejusdem cum ea, de qua hic sectiuncula 41. ætatis, sic exhibetur:

Herba	Frutex
PORTVLACA Hortensis	Portulaca Marina, HALIMVS, *Ramis*, *Lignos. Radix*, imo t. &c.

59. Assertionis VII. sectiunculæ 1. pars unde sit, ex Annotationis hujus sectiunc. 45 repetendum. In eadem & sectiuncula 2. continetur, & 3. exceptis *quatuor ultimis vocibus* a me *adjectis*.

60. In *vetustiore* Scheda, cui Titulus, *Genera Plantarum*, sectiunculæ 1. *reliquum* legitur, *non indicato* tamen *Oviedi loco*, Muzæ, (sic Arabica vox rectius exprimitur, evitata simul quæ per s introduceretur Homonymia,) quamvis sub Platani nomine, descriptionem exhibente pleniorem ceteris, Auctori lectis. (Guilielm. Piso enim nominari potuisset, non minus diligenter describens Muzas Hist. Nat. & Medic. l. 4. c. 21.)

ADDENDA. 61. MVSA sive Ficus Indica (crescit in India, Ægypto, Gvinea, Brasilia, Canaria) *annua* est *Planta*, h. e. Caule an. & f. t. f. *Radice* tamen *perenni*, *Punicæ* tamen attingit *magnitudinem.*

62. *Ficus Indicæ* nomen *omisi* propter sectiunculam 2. *Natalia Muzæ* loca *addat* qui volet. Quod *de magnitudine ad Punicam* comparata Auctor addit, *ex incerta Theophrasti descriptione* apud Clusium hauserit.

63. *Alia*

63. *Alia vetusta* inscribitur: *Arbor non est Species*, cujus ista sunt:

Arbores non Arboribus valde *cognatæ*, ut *Pithaja*, *Tunæ*. Lobel. adv. 454.

64. Assertionis VIII. Sectiuncula 1. est ex Scheda, si non anno 1634. certo post hunc scripta. Continet enim Scheda simul partem exercitii styli, a discipulo quodam, eo anno exhibiti.

65. Item ex hac, unde & 2. & 4. ejusdem credo ætatis, cujus hic sectiunc. 9. memini:

Observandum, an omnes HERBÆ *ante Caulem præter* prima *Bina Folia*, proferant *plura* Folia.

1. forsan *prima Bina Folia* non Rad. f. &c.

2. in *Alsine* & multis aliis nulla apparent hujusmodi Folia, sed *tantum* in illis, *quæ Caulem sero* prod. ut T. &c.

3. *non* existimo in omnib. *Bina* provenire, sc. iis quæ *Sigil.* prof. F.

66. Sectiunculæ 3. Scheda inscribitur *Herbæ Notio.*

67. Sectiuncula 4. *ex duabus* est transcripta.

68. Vna ἀντίγραφος:

Caules Herbarum qui *antic. F.* op. D. H. Scaligeri, ut *Tussil.*

69. Altera ἐπιγραφὴν habet hanc: *Herbæ Notio sec. Scaligerum.*

Caulis interd. *ant F.* ut in *Tuf.* Obf. &c.

70. Ceterum in *Incerta Apographa*, *adversus Guilandinum*, hæc leguntur; quæ cum *ex parte obscurius* proposita videri possint, contextui ingerere non ausus sum:

An falsum est, quod ait Jul. Cæf. Scaliger, Stirpes quasdam emittere *Bina Folia*, *priusquam Caulem*, quia Folia illa Caudici adhærere videntur? *A. O.* Non negandum tamen, Folia Radicalia emitti ante Caulem vel Caules.

71. Ipse *Guilandinus* fatetur implicite, *Herbarum* quarundam *Radices* emittere *prius Folia* quam Caulem. *Ergo* per aliquod *tem-*

pus consistet *Stirps* illa in *sola Radice*, ideoque erit κύημα eadem ratione, qua Alternans κύημα est κύημα.

72. De *Tritico* testatur Experientia, si *Culmi* atterantur, vel *resecentur*, Radicem denuo *novos* Culmos *fruticare*.

73. Deinde Triticum surgit *Culmo multiplici*, ergo.

74. *Autographa* quoque sed recentior sub Titulo *Thesium* habet ista ad hanc Assertionem facientia:

„*Herbam* ab Arbore, Cremio, Frutice distinguit Scaliger, eo di„scrimine, quod *præter Bina prima Folia e Seminis Pulpa prodeuntia* „(quid si e Bulbo vel Talea?) *plura immediate e Radice producit Folia* „(non mediante Stipite) p. 465.

75. *Tribuatur* itaque *nomen* aliquod *commune* tribus istis, verbi gr. Planta Radice non Foliosa sive ἀφυλλόῤῥιζος, ut Herba sit ῥιζόφυλλος, sive ante Caulem Foliosa.

76. Assertio IX. expressa est *ex Bunkiana*.

77. Assertio X. in *Scheda* proxime *ante Bunkianam nominata* sequitur ea quæ inde producta sunt.

At ea *quæ C.* &c.

ADDENDA. Assert. 8.

78. *Herba* proprie dicta, quæ *Stipitem post Folia*, Stipitem vel Stipites { *eodem anno* / anno *sequenti* / admodum *sero*, ut *Umbilicus Veneris*. }

79. Assertio XI. debetur Schedæ *Apographæ Incertæ*, quam modo dixi.

Verum hoc potissimum objici Guilandino potest, si Simplicitas & Mult. &c.

80. Assertio XII. effecta est *ex duabus Autographis*, quarum una sub Inscriptione hac: *Corollaria Phytoscopica*, continet sectiunculam 1. usque ad Δευτ. & 3; altera Patavina ἀνεπίγραφος adam inter hæc:

81. *Ruellius tribus* tantum *Summis Generibus* Plantarum Naturam comprehendit, *Arboribus*, *Fruticibus*, *Herbis*.

Arist. l. de Pl. hisce 4. *Arborib.* Fruticib. H. O.

Theophrastus Arb. Frut. Suffrut. & *Herbis*.

82. OR-

82. ORDINEM harum Assertionum quod attinet, *a Vocabulis abjiciendis* orsus, progredior *ad Arborem & Fruticem*, ab his ad *Herbam*, id est a Plantis Perennibus ad non Perennes, sive *a magis apparentibus ad minus* apparentes. *Quomodo* Auctor *Folia*, tanquam Partes magis apparentes, *præfert ceteris* Plantæ Partibus, Fragm. hujus c. 2. ass. 1. sectiunc. 2.

83. Accedit, quod *Arborum non ita multæ Species* sint, uti Herbarum. *Qualis ratio* Auctori etiam *in Ordine Similarium* placuit Part. 2. sect. 2. c. 4. ass. 1. sectiunc. 3.

84. Multitudinis singularum Partium & *Magnitudinis* argumenta in præsens non tangam.

VI.
DE FRAGMENTI I. CAP. II.

1.

Assertionis I. sectiuncula 1. *ex Autographa, mediæ* credo *ætatis.*

2. Sectiuncula 2. si excipias comma ultimum, est *ex Patavina*, quæ *ex Spigelii Methodi Herbariæ* l. 1. c. 55. & 56. has Propositiones collegit, nonnihil ab Auctore interpolatas:

„3. *Species*, quæ *inter multas Genere participantes media* est, *prius* „ *ostendenda* (vel quæ est frequentior iis in locis.)

„4. *Plantæ perfectæ prius quam imperfectæ* ostendendæ sunt, quia „ *ob Partium Varietatem* facilius discernuntur.

„5. Eædem *Florentes* ostendendæ sunt, quia *Superiora* Plantarum „ *Genera* ex *Flore* & *Fructu* pulcre constituuntur secundum Cæsalpinum. „ (Ego autem *potius* Fol. &c.

„6. *Hortos Hiemales voco Libros, in quibus Plantæ siccæ Chartis ag-* „ *glutinatæ conservantur*,

7. *Comma* vero *ultimum* & sectiunculæ 3. pars unde sint, jam dixi annot. 2. sectiunc. 6. Pars vero, quæ *de Seminibus* est, *a me formata* fuit, ex Scholii subjecti sectiunc. 2. *Generalior* nempe Propositio ex Specialiore.

8. *Autographam* tamen hanc *reperio :*

Quæritur, *utrum*, *Folia* (Laub,) *an Flores* sint *priores* in Planta. *Illa Durabiliora, Hi Pulcriores, Teneriores.*

9. Nam *Semen non* potest esse *Finis*, nisi petamus Principium.

10. Quæ-

10. Quædam Plantæ *Semen* habent *ſine Flore*. Ita quidam toti dediti.

11. Quædam *Florem* habent *ſine Semine*. Naturaliter nulla.

12. Quædam *Florem ſejunctum a Semine* ut in *Corylis*, ne quis putet, gaudium Venerium eſſe potiſſimum.

13. Sectiuncula 4. & 5. exceptis Parentheſibus debentur *huic Autographæ*: *Floris* & *Semin*, ſ. *magis* cogn. arguit S. &c.

14. *Parentheſes* vero iſtas, ut Auctor intelligeretur, accepi *ex duabus Schedis Obſervationem de Potamogetone* continentibus, quas circa idem tempus, quo proxima, ſcriptas tum literarum ſimiles ductus, tum atramentum idem ſignificant.

15. Hoc autem admonendus es, Lector, Potamogetonem Dodonæi intelligi, quæ *altera* eſt *in editione Latina vetuſtiore* anni 1583.

16. Quæ enim 1616. auctior prodiit, ejus Potamogeton *altera Auguſtifoliæ* Auctoris videtur reſpondere, quemadmodum *Incubans* reſpondet *primæ* utriusque editionis.

17. SCHOLION eſt *ex quatuor Autographis diverſæ*, ut videtur, *ætatis*.

18. Sectiuncula 1. ex qua accepta eſt, *Corculum Seminis* inſcribitur.

19. Sectiuncularum 2. 3. 4. 5. Scheda ἀνεπίγραφος hæc eſt:

Quom. Cæſalpin. Fic. in Ord. &c.
Vtrum etiam Corc. G. *Samb.* (q. T. in uno Ac.) ſ. d. vergat.

20. Sectiunctula 6. excipit 1mam in eadem (*Corcul. Sem.*)

In *Pulpa* lat. Sem. *Berb.* &c.

21. Sectiunculæ 7. *initium ex eadem:*

In *Tomento Pop. Nigræ.*

Sed *reliquum ex* alia, vel anno 1635. vel certe poſt id tempus ſcripta (impreſſa enim Theſ. aliquas Hagemeieri continet.) Titulus ei: *Planta Mas*, *Femina*, ubi de Populo Nigra:

22. Seminibus adeo parvis, ut viſ. &c. Confer quæ infra dicemus ad Fragm. 4. C. 4. aſſert. 7. ſectiunc. 16. & 17.

Sectiuncula 8. ex alia anni 1648. menſ. Junii, ubi hæc:

In nonnullis ob Exilitatem ægre diſcernitur Sit. Fl. r. Fr. ut in *Syr. Cær.* ubi *Per.* &c.

23. Aſſertio II. in *Autographa paulo aliter* formata eſt:

Dum Medici in Pl. n. & ſub Gen. digerend.
modo F. c. ut in *Moly V.* Bauh.
modo præf. *Od.* & *S.* ut in *Botry M.* &c.
eſt Soph. &c.
Inter *Valerianas* refert. C. Bauh. aliquot Sp. *Inod.*

24. Aſſer-

24. Assertio III. *ex variis* Schedis coaluit. Sed abrumpendæ & hic sunt Annotationes.

25. Pauca tantum dicam de Fragmentis Reliquis.

VII.
DE FRAGMENTO II.

Pleræque Schedæ sunt *Autographa* hic, *Velandiæ* tamen *duæ* etiam adsunt.

VIII.
DE FRAGMENTO III.

Vsurpatæ hic fuerunt *pleræque Autographæ*, *Patavinæ* & *aliæ*, *paucissima* ex iis, quæ in *Collegio Phytoscopico excepi.*

IX.
DE FRAGMENTO IV.

Plurimæ Schedæ hic sunt *Autographæ*, *multæ Velandiæ.*

X.
DE FRAGMENTO V.

1.

Assertio I. est *ex Velandia* Scheda *Apographa*.

2. Assertio II. ex *duabus* itidem *Velandiis Apographis*, quarum una inscribitur *de Plantarum vi discretiva in Attractione*, & continet sectiunculam 1. 2. 3. 4. excepto ultimo commate, 6. 7. si excipias exempla, 14. præter Parenthesin primam a me factam, cum in Scheda l. 3. simpliciter indicaretur, & denique sectiunc. 15.

3. Altera, sub Titulo *de Plantarum Excrementis* una cum Signo manus, sectiunculam 5. & 4tæ comma ultimum, & repetita sectiuncula 6. & 7mæ parte, sectiunculam 8. 9. 10. 11. 12. & 13. exhibet.

4. SCHOLII sectiuncula 1. & 2. in *Apographa proxime dicta* annectuntur Assertionis præcedentis sectiunculæ 13.

5. *Autographa*, cui Titulus: *Plantarum meminit Aristoteles in lib. de Animalibus, ætatis*, ut videtur, *recentioris*, locum ex l. 2. Part. An. repetit, & sectiunculis reliquis absolvitur.

6. *Involucrum* autem ejus & sequentium inscribitur: ARISTOTELIS DE PLANTIS DOGMATA.

7. Assertio III. ex *Autographa ejusdem* cum præcedente *ætatis*, quæ Titulo: *Plantarum in parvis Naturalib. meminit Aristoteles*, subjungit hæc:

„ L. de Vita c. 1. (551. C.) *Radices Plantis sunt Oris loco.* C. 2. de
„ *Apophyteusi*, ut & l. Long. Vitæ c. ult.

8. L. Long. Vitæ in fin. ubi *male red. Caus.* LONG. &c.

9. SCHOLII ſectiuncula 1. 2. 3. 4. 5. eſt ex *æquali* prioribus *Autographa*, cui Titulus: *Plantarum Vita.*

10. Sectiuncula 6. in *æqualis Autographæ* fine inſcriptæ: πυθμὴν, *Cordi analoga in Plantis.*

11. Sectiuncula 7. 8. 9. 10. 11. excepta Periodo poſteriore, fere integra ex eadem, ſed Philoſophorum ætatibus non diſtinctis, *Dioſcoridem* Ariſtoteli & Theophraſto *præmittit.*

12. Alia æqualis omnia fere repetit.

πυθμὴν (ἀπὸ τοῦ πύθ. i.e. putr. Euſtath.) fundus.
Dioſc. l. 1. c. 133.
Theophr. Cauſ. l. 3. c. 18.

„13. Ariſt. Gen. An. l. 1. c. 20. ἐξ ἑνὸς &c. εἰς πυθ. (ſed plures Cauſes ex „un. F.) ὥσπερ &c.

14. Sectiuncula 12. *ex alia* æquali.

15. Sectiunc. 13. in fine *proximæ ab antecedente.*

16. De *Ordine nihil* attinet monere.

III.
DE CAVSIS NON CONTINVATARVM ANNOTATIONVM AD HANC SECTIONEM.

Cum Lectorem *ſatis cognoviſſe* exiſtimem, *quomodo in Schedis verſatus* fuerim, & præterea *nimis extenderentur* Annotationes, præſertim cum *parum* illarum *tædium* aliis jucundioribus *Obſervationibus* vel *Correctionibus minui* poſſit, *quam* forte in Annotationibus *ad Sectionem II.* factum eſt, *malui* hic *abrumpere*, quam nimis in hujusmodi ſcrupuloſus fieri.

F I N I S.

IOSEPHI DE AROMATARIIS,

ASSISINATIS,

FAVORINI FIL.

EPISTOLA

AD

BARTHOLOMEVM NANTI

DE

GENERATIONE PLANTARVM

EX

SEMINIBVS.

PRÆSTANTISSIMO

ORATORI,

BARTHOLOMEO NANTI,

Philos. et I. V. D.

IOSEPHVS DE AROMATARIIS FAVORINI F. S. P. D.

ERVDITISSIME Nanti, libros de generatione, quos multis abhinc annis moliebar, non conscripsi; nimium distractus ob affluentem numerum ægrotantium nobilium, curæ meæ commissorum; & ob nimiam corpusculi mei imbecillitatem, quæ longas vigilias & labores, renuit. Adnotabo nihilominus breuissime per capita quædam potiora attinentia ad plantarum Semina; vt nisi satisfaciam, paream saltem tibi. Et erunt ea ipsissima, quæ sæpius ore alias explicavi. Addam & ea duo, quæ de ovis quæsivisti, Poterunt forsitan quæ narrabo, nimium prorsus nova videri multis, & ab humano conceptu aliena nimium: verum non quidem tibi, qui nonsolum alias benigne audivisti; sed optime nosti, hominum ingenia rebus accommodanda esse, non quidem contra; & antiquissima extare quæcunque semper eodem prorsus modo natura præstitit, cognoverintne homines vel non. Conscribam alias conceptos de generatione libros, in quibus multa forsitan ultra communem opinionem enarrabo, non discrepantia (vt credo) a rei natura. Nec forsitan longum valde tempus ab hac epistola distabunt. Hoc interim sat erit hæc pauca signare:

Plantarum vocata semina non esse semina.

Et non habere vim, actu (vt dicunt) vel potentia generandi plantam.

Sed cum possint haec obscura nimium existimari multis, aperiam rem clarius;

1. Plantæ determinatis temporibus prolificum ſemen generant; animalium ſeminibus proportione reſpondens; ex materia quadam ſpiritibus commixta.

2. Illud autem excernunt in vocatis ſeminibus; veluti in parvis uteris, vel (ſi cum Empedocle loquaris) in ovis arborum. (*a*)

3. In locis ſpiritus concluſus ſubditam materiam fortius aggreditur, & novo ſemper affluente ſpiritu vivifico domat adeo, ut ex ejus potiori parte parviſſimam plantam revera generet, determinationis organis diſtinctam & conformatam & vera vivificet plantali vita: Reliquam vero partem releget in alimendum aſſumendum ab ipſa effigiata & conformata planta, &c.

4. Parva, quæ gignitur planta in cognominatis ſeminibus, vel gignitur qua parte pediculus adhæret: vel prorſus contra: vel alio quodam modo.

5. Quæ gignitur qua parte pediculus adhæret, exporrigit ad pediculum radices, folia autem ad apicem.

6. Quæ vero gignitur in apice: folia extendit pediculum verſus: radices autem ad apicem.

7. Nec deſunt alii modi.

8. Parva hæc planta, ex quo die gignitur, vivit, nutritur, augetur; & determinato tempore decreſcit, non aliter ac animal ſenectute laborans: ac tandem moritur, niſi determinato loco & tempore ſeratur.

9. Plurimæ harum plantarum, quousque extant in vocatis ſeminibus latentes, nutriuntur per adnatas quasdam (ut ita dicam) umbilicales vias.

10. Vnde plantarum vocata ſemina quæcunque jam genitam & conformatam plantam obtinent, ſunt fœcunda.

11. Quæ vero non habent, infœcunda prorſus extant: nec ullo amplius remedio fœcundari poſſunt, ſi deciderint a planta.

12. A vocatis igitur ſeminibus debito loco ſatis naſcitur planta, non gignitur.

13. Ge-

(*a*) Confirmata hæc, uti alibi, ſic etiam in Experimentis de Plantar. Generat. legimus, quæ edidit *Iacob. Logan.* Lugd. Bat. 1739. in 8tav.

13. Generatio fit ope vocatæ concoctionis.

14. Ortus fit cum recrudatione plantæ, & concoctione assumti nutrimenti.

15. Pro plantarum ortu, vocata semina lac generant, ut ita dicam, ex ea parte, quæ ad nutriendum destinata fuerat, & congeneo attracto humore; ad faciliorem inde nutritionem & auctionem.

16. Orta planta, non amplius a vocato semine recipit præparatum alimentum nisi parum: sed a terra alioue proportionato loco.

17. Nec amplius per adnatas vias, nisi ut diximus parum: sed per radicem sugit, non aliter ac animal, quod primo per umbilicales venas creditur nutrimentum capere, exortum vero per os assumit.

Hæc sunt pauca veluti semina dicendorum in libr. de generatione, quatenus ad plantas ex seminibus ortas attinet. Ex quibus facillime colligitur (si vera sunt ut credimus) quam vane agitentur quæstiones quotidie, dum quæritur. Quomodo vocata semina, ab arbore aliisve plantis jam excerpta, debito loco sata novam plantam generent. Anque adsit in ipsis forma plantæ nec ne? Asserentibus nonnullis formam ibi esse in potentia tantum: nonnullis vero affirmantibus, non adhuc extante organizatione, vere adesse formam, ut dicunt, actu; quæ sibi ipsi domicilium paret; Non aliter, ac si forma plantarum esset quid vere separatum, ut dicunt existentia, utens materia, tanquam lignis ad nauem fabricandam. Essetque forma existens realiter, rei tamen realiter non formatæ; magis quam nauta non navigii nauta. Nec non aliæ inextricabiles petitiones, excitatæ ad humanum ingenium labefactandum, & e recta philosopandi via deturbandum. Quod autem attinet ad ova gallinarum; existimamus equidem, pullum in ovo delineatum esse antequam foveatur a gallina. Et credimus augeri calido materno, non solum tanquam a fouente, verum partim etiam tanquam a materia nutriente; quod & aliis quibusdam animantibus ab aëre commune contingere putamus; veluti in libr. de generatione animalium, Deo dante, enarabimus. Vale, meque ut soles ama. Dabam Venetiis Pridie Calend. Octobr. cIↃ IↃcxxv.

FINIS.



ERRATA,

Serius observata, & si quæ alia B. L. corriget.

p. 5. lin. 4. φυλὸν, lege φυτὸν.
p. 6. lin. 10. in: lege in)
ibid. in not. lin. 5. dissertatione adde de fungis.
lin. 6. 8vo lege 4to ibid. Aborrtus, lege Abortus.
lin. 7. formalis lege formulis.
p. 12. lin. 9. quosdam lege quasdam.
lin. 30. AC lege AB.
p. 22. not. lin. 3. copiosis lege copiosius.
p. 31. lin. 14. Llii lege Lilii.
p. 35. not. (***) lin. 1. variegalo, lege variegato.
p. 44. lin. 5. uti lege (uti,
p. 45. lin. 14. quolihet lege quolibet.
p. 50. lin. 4. Juugius lege Jungius.
~~ibid. lin. 9. litreis lege litteris.~~
ibid. lin. 17. foliacci lege foliacei.
p. 54. lin. 16. conjuugat lege conjungat.
ibid. lin. 23. occapat lege occupat.
p. 55. MONENDTM lege MONENDVM.
ibid. lin. 37. invidubit lege invidebit.
p. 74. lin. 22. fructifero adde radice tamen perenni.
ibid. lin. 24. Epitom. adde Libr. 2.
p. 75. lin. 24. foret, lege foret?
p. 76. lin. 21. pulchritudiue lege pulchritudine.
p. 77. l. 18. fuut lege sunt.
p. 79. lin. 28. & 29. ducles lege dulces.
p. 80. lin. 8. c. 1. assert. 1. lege Part. 1. c. 3. assert. 1.
p. 84. lin 10. IVXTA lege SECVNDVM.
p. 91. lin. 17. hahent lege habent.
p. 99. lin. 12. Lanuguine lege Lanugine.
p. 117. lin. 7. IVXTA lege SECVNDVM.
p. 141. lin 7. Cantone lege Catone.
p. 142. lin. 12. conceprocula, conceptacula.
p. 146. lin. 2. PLANDARVM lege PLANTARVM.
lin. 4. NVTRIMFNTA leg. NVTRIMENTI.
p. 148. lin. 2. τρεφὴν lege τροφὴν.
ἀνμλίσκουσι lege ἀναλίσκουσιν.
p. 149. Sch. 3. lin. 3. explicate lege explicare.
p. 150. lin. 5. mojores lege majores.
p. 153. lin. 5. Semiua lege semine.
p. 156. Ass. 7. lin. 1. qaod lege quod.
p. 176. lin. 4. florom. leg. florem.

* * *